

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

2
10
am 12

DISSERTATIONE IN AVGVRALI
OBSERVATIONES PHILOLOGICAS
DE
N O M I N I B V S
PROPRIIS SACRIS,

DEO ADVTORE,

PRAE SIDE

CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS,

PHILOS. P. P. ORDIN. ET h. t. COLLEGII SVI
DECANO,

FAVTORE, HOSPITE, AC PRAECEPTORE SVO
PIE VENERANDO,

PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS

RITE CONSEQVENDIS

AD D. VIII. IVL. A. CIC 10CC XXIX.

H. L. Q. C.

PVBLICE DISQVIRENDAS

PROPONIT

AVCTOR RESPONSVRVS

IOANNES GEORGIVS ZVR LINDEN,

PALAEO-MARCH.

HALAE MAGDEBVRGICAE

TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYP.

VIRIS

SVMME REVERENDIS ATQVE DOCTISSIMIS, DE EG-
CLESIA CHRISTI PRAECLARE MERENTIBVS

MICHAELI ROLOFF,
CONSISTORII REGII SACRI ADSESSORI GRAVISSIMO,
ECCLESIARVM INSVLAE FRIDERICIANAE ET NEO-
POLITANAEC PRAEPOSITO, AC DIOCESEOS
ADIVNCCTAE INSPECTORI VI-
GILANTISSIMO;

IOANNI GVSTAVO REINBECK,
CONSISTORIANO REGIO DIGNISSIMO, ECCLESIAE D.
PETRI PRAEPOSITO, ET DIOCESEOS EIVSDEM
INSPECTORI MERITISSIMO;

E.T.

PATRI SVO OPTIMO,

IOANNI GODOFREDO
ZVR LINDEN,

ADHVC TRIVM IN VETERE MARCHIA ECCLESIARVM
PASTORI FIDELISSIMO, NVPER AD STRAVS-
BERGENSIS CVRAM ET INSPECTIO-
NEM VOCATO;

HANC COMMENTATIONEM
VENERATIONIS ET OBSEQVII

ERGO

SACRAM FACIT

AVCTOR.

VIRI SVMME REVERENDI, PATRES INDVLGENTISSIMI!

Merito VESTRO, & meo felici quodam fato
VOS omnes, sanctissima hac atque grauissi-
ma PATRVM appellatione iam veneror;
TE OPTIME ET CARISSIME PA-
RENS! quem ipse DEVS hoc nomine præ-
cedere voluit, qui, quantas curas, molestias, vigiliasque in
me educando, & ad præclara quæque informando, luben-
tissime consumferis, malo tacite mecum pia mente recolere,
quam multis prædicare, ne TVAE gravis sim modestiæ.
VOS VIRI SVMME REVERENDI! qui me e finu
Parentum emissum Berolini ita recepisti, atque per trienni-
um, & quod excurrit, immerentem complexi estis, ut præ-
ter naturale illud vinculum, vix quicquam a filiis, hoc est,
ipsis visceribus VESTRIS me seiungeret. In Academia
vero degentem, literis VESTRIS, que expressam habe-
bant Paterni amoris imaginem, & fauentissimo VESTRO
iudicio, ad laudabilia & recta quæcunque, non desistis incen-
dere & inflammare. Hæc autem immortalium VESTRO-
RVM in me meritorum dulcissima recordatio, ut singulare
me irrigare solet voluptate, atque ingenti fauoris VESTRI
afficere veneratione, sic iam dudum pectus meum effudit &
sti-

stimulauit, vt quoad eius fieri posset, gratum me præstarem
incredibili VESTRAE liberalitati. Non igitur ferre diu-
tius potui, obseruantiam in VOS meam & pietatem arden-
tissimam, intra meam tantum & paucorum conscientiam con-
tineri; Sed publico quodam, quantuluncunque est, testi-
monio patefieri eam omnibus volui. Dissertationem DE
NOMINIBVS PROPRIIS SACRIS, VENE-
RANDIS VESTRIS NOMINIBVS, in fronte orna-
tam VOBIS offerre & dedicare audeo, quam vberiorem ac-
cepturi es etis & ornatiorem, siquidem ingenium cum volun-
tate coniungere, & cupiditati vires æquare licuisset. Nolite
igitur PATRES REVERENDI! aspernari tenuem
hanc voluntatis meæ testificationem, eamque non ex re ipsa,
sed ex affectu offerentis benigne æstimate. DEVS O. M.
ad cuius NOMEN amplificandum, vt decet deuotos illi
ætnæ, certatim incumbitus, diuina VOS augeat & exor-
net virtute, & ad multorum salutem diutissime conseruet.
Me vero iis animi corporisque accingat viribus, vt VOS
MAECENATES BENIGNISSIMI! me non indi-
gnum tanta VESTRA benivolentia existimetis; TVA
autem DVLCISSIME PATER! fera olim senectus,
in mea pietate, placide & iucundissime adquiescat. Valete
NOMINA VENERANDA mihi ATQVE CA-
RISSIMA! & me fauori & amori VESTRO commen-
datum habete. Dab: in Alma Fridericiana, ipsis Calend. Iul:
A. CIO 1000 XXIX.



¶

SECTIO PRIMA DE NOMINVM PROPRIORVM SACRORVM NATVRA ET ORIGINATIONE.

§. I.

NOMINA PROPIA SACRA, de quibus commentari quedam aggredimur, vocantur ea sacra Script. Veteris & Noui foederis vocabula, quae, ex Grammaticorum descriptione, vni cuidam certae rei peculiaria sunt, seu quae subiecta signant indiuidua, vt sunt Deorum, angelorum, hominum, populorum, locorum, montium, vallium, lapidum, fluuiorum, mensium, cetera.

Nomina
propria desig-
niuntur.

*Todofr. Sellig Progr. de Nomi-
nibz Romanorum tract. sonis ita*

*Le 1737. + pag. 4. Quid ve-
ro ad nos propria spectat, no-*

minis puta, Nomina PROPRII

VIII. iij. iudicis Cicer. quod

vniuersi persona tribuit quo

queq suo proprio el certa va-

cabulo appellat, nominum ad

discernendum inter le homines,

et eu L. ad recognoscendos. (ad.

de linge. manum. legibz: Nomi-

na inuenta. sunt ad cognoscen-

dam homines.

Hebreis illa vocantur שְׁמָה וּמַעֲשֵׂה. *Nomina substantiae*, que in vna quadam substantia propriam suam fixamque ha-
bent sedem, opposite ad שְׁמוֹת הָרֶם. *Nomina rei*, que vaga-
funt, & multis communia. ¶ Quamuis autem, quid sint nomi-
na propria, clarum satis atque evidens sit, non inutile tamen
fuerit, eorum descriptionem ex IAC. GVSSETII Comm. Ling.
Lex. Hebr. p. 5. B. 3. hoc loco subiungere: *Nomina propria*, inquit,
hominum & locorum, sunt iis indita in eum proprie finem, ut
illa indiuidua signent humana, hæcque loca significant materia-
liter.

A

§. II.

Calimi antiores *nomen et vocabula aliquando distinguunt quidem*,
ut habe appellativa, illa propria sint, aliquando tamen coniuncta.
Vide Fabri Lex. sub *vocabulum*, et *Divisibilang* p. 42.
edii. Capperton. Siis apud Vulgatum Nam. 26. 53. *Ipso omnes*
Terra ista numerum vocabulorum.

§. II.

Eorum inda-
gatio non
negligenda.

Diligens Nominum propriorum indagatio, genuino sacrarum literarum studioſo & interpreti non eſt negligenda, niſi & ipsius Sp. S. in illis annotandis explicandisque curam aspernari, & ipſe ſe elegantissimarum ad ea allusionum cognitione neceſſaria & iucundissima priuare voluerit.

Admiranda eſt ſane & proſuſis diuina Spiritus sancti in conſignandis nominibus propriis diligentia, quippe ſine quibus omnis narratio confuſa foret atque mortua, nec habemus prolixaſ illas genealogiarum ſeries, quæ, quanta diuinæ prouidentiæ & veritatis clarissima arguments contineant, tabulae generationis optimi Seruatoris noſtri in primis teſtantur. Ad quod accedit, quod idem ſapienſiſſimus ille Spiritus nomina propria per ſubiecta etymologias ſepiſſime explicat, egregium theſaurum rerum prieſtis feculis, geſtarum hoc modo posteritati relinquent. Cum enim vni vocabulo ſummam totius rei, admirabili quodam compendio, venuſiſſime includit, admonet lectorem, & digro quaſi monſtrat, iſpa eiusmodi nomina eſt illuſtriſſima antiquitatis documenta, & diplomatica ac firmamenta hiftoricae veritatis. E. g. cum primi hominis coniuge **חַנְנָה Euam** nuncupatam eſſe memorat, cauſam denominationis addit, quod ſcilicet illa fuerit **מִתְבָּרְכָה** mater omnis viuentis Gen. III, 20. Eberi primogenitum **פָּלֶג Phalegum** appellatum, quod aetate eius **דֵּעַיָּה** diuifa eſſet terra, gentibus nempe, linguis & regionibus, c. X, 25. Ita vrbeſ, quam mortales cum excelsa turri, aduerso Numine, excitare ceperant, **בָּבֶל Babylonem** nominatam, quod ibi **בָּבֶל confudifſet DOMINVS labium omnis terre**, c. XI, 9. Oppidulum vero, quod Lotus asylum ſibi a Deo expetuerat, **צְוָרָם Tsoaram**, quod dixiſſet de eo Lotus: Nonne **מִצְעָר paruum oppidulum eſt illud?** c. XIX, 20. 22. Denique, ut plura pretermittamus exempla, quæ nulli, mediocri-

criter in S.S. lectione versato, latere possunt, locum, in quo Abrahamus filium immolare iussus est, nomen accepisse legimus *דָּמִין רְאֵת דָּמִין* Dominus prouidebit, ab egregia Dei prouidentia, que in hoc Isaaci offerendi negotio enituerat et mina, qua his postis inferuerant, *מִנְגַּתָּה* in S.S. ēregbāvēt nefas est, quanto minus tanti momenti negligentia in interprete erit toleranda?

Quod autem necessitatem considerationis nominis propriorum vterius arguit, ad appellatiuam eorum significationem, sēpissime in sacris paginis alluditur; hanc autem, cum diuina styli elegantiā coniunctissimam emphasiā, qui assequi voluerit, illum propriiorum vocabulorum vim & sensum praecepisse oportet. Sic Gen. IX. 27. Noachus, Iapheto bene precaturus, ita orditur: *וְתִתְּלֹת אֶלְוֹתָם לְפָתָח* (hebr. *תְּלַחְתָּה*) *Deu*, sparium Iapheto. Optat nempe, aut potius animo numine pleno prouidet, fore, vt Iaphetus, ipso omnime sit, quod nomen dicit, h.e. dilatatus, & locum habitationis in tentoriis Semi obtineat amplissimum. Gen. XXVII, 36. Esauus, veluti iniuriam a fratre passus, *num ideo*, inquit, *quod nomen eius vocatum est בְּנֵי יַעֲקֹב* (hebr. *בְּנֵי יַעֲקֹב*) *Iacobus* id vero CIRCVVENTOREM æque ac calcem tenentem signare potest) *circumueniret me his binis vicibus?* Sic quando cap. XLIX, 8. Iacobus, Iudea fata præcinctens, ait: *Iud!* (יְהֹוָה) *Tu, tu, inquam, celebrabunt fratres tui;* quid aliud innuit, quam ipso rerum eventu comprobatum iri, non sine prouido lehoua factum, vt Iuda h.e. *celebratus & laudans* vocaretur? Quod vaticinium illustrissime in Mesia, qui est δόξα, gloria Israelis Luc. II, 32. impletum fuit. Parem manifestam & elegantissimam paronomasiā ibid. v. 16. & 19. rectiorem vero, sed eandem venustatem spirantem v. 22. offendes: vbi ideim Iacobus, *כִּן פָּרָת filius frugifer*, inquit, Iosephus est. Quo ipso latenter ad Ephraimum respicit, quem pater hoc nomine, *geminam fructificationem* significante, nuncupauerat, cum hac ratione: *quoniam fructum me ferre fecit Deus inter-*

*Matt. 1, 21. In bsp. virtus fidei
fortis.*

*ra afflictionis mee c. XLI, 52. Tristius vero ejusdem vocabuli παρεγενημα affert Hoseas, Ephraemis grauissimam denunci-
ans calamitatem c. IX, 16. Exareget radix eorum, יְהוָה fru-
elum non facient amplius. Cumulum eiusmodi Peronomasia-
num offendes Mich. I, 10-15. Vbi vide quae in Bibl. Halens.
sunt annotata. Si quis igitur ad has sacras allusiones enu-
cleanandas, appellatiuum nominum propriorum sensum sedulo
attulerit, eximum quoddam efflorefcit sacri Textus decus,
elucet ingenium diuinorum scriptorum fœcundissimum, ad
lectorem vero redundat voluptas vberima. Recete propter
ea ORIGENES Comm. in Ioan. Εο καταφεύγειον της περὶ τὰ
ἐννοπατα ἀνθεῖσα τῷ ἀπεράλλιτος Θελομένῳ συνίει τὰ ἄγια
γέμματα, π.τ. λ. Ei, qui S. S. perfecte intelligere vult, non est
negligenda accurata cognitio nominum proprietorum. Grauius au-
tem MATTH. HILLERV S. p. 2. cum neglegetur hu-
ius studii accusasset: At vero, inquit, grauitas rei merebatur, ut
in eo maior industria poneretur. Quot enim loca S. S. istius ar-
tis ignorantia inexplicata reliqui? quot sensus diuinos nobis eri-
puit? quot errores in Patrum scripta, inversiones, in genealogias,
in historiam induxit?*

Male omis-
ta in Lexicis &
Concordan-
tis sacris.

S. III.

In tanta huius rei necessitate utilitateque, abunde
liquet, non sine grauissimo Philologicæ sacrae damno, no-
mina propria sacra in Concordantia Hebraicæ esse omisita,
nec debuisse illorum, si non omnium, extantiorum saltem
interpretationem a Lexicographis Script. S. tum V. tum
N. Testamenti, negligi.

Omnino Concordantie quas vocant, & Lexica Biblica, præ-
sidia sunt præclara & instrumenta, quibus, sine iactura præsen-
tissima, nemo solide verbum Dei scrutaturus, carere potest.
Debuerunt vero, tum haec, tum illæ, plenæ esse & integræ, tan-
taque instructæ copia, ut nihil omnino earum vocum, que Sacra.
Script. ambitu comprehenduntur, in iis desideraretur. Quod si
vero nominum proprietorum sensum & explicationem quæsiue-
ris, frustria & Concordantiarum & Lexicorum plurimorum or-
ganum esse operam, qua in propriis normib[us] occupat.

pem

*Ipsæ proprietatum nominum
explicationes Graece, ab
Augustino et aucto[r]ibus sa-
ctis N.T. passim date
dorcent, utilem et necessariam
esse operam, qua in propriis normib[us] occupat.*

pem exspectabis. Primus Concordiarum Hebræarum compiler R. NATHAN, propria cum indeclinabilibus omisit, idque, ut ipse ait, *leandi oneris causa*. Nam inde a principio, operis, inquit, cogitauit, impar id futurum meis humeris, & sciui, me delassatum iri in eius absolutione. Nec ipse IO. BVXTORFFIVS, cuius cura hoc opus emendatius & auctius prodit, hunc nobis defectum suppleuit, molestia rei & difficultate deterritus. Sic enim habet in Præf. Concord. *Nomina propria, si eadem methodo, colligerentur & disponerentur, suam quoque haberet vilitatem. Verum unus non sufficit omnibus. Nos iam satis diu hoc sacram voluimus.* Hunc vero defectum iam pridem viderunt & accusarunt viri docti, & in his AVG. PFEIFFERVS in Consultat. de Editione Lexici Bibl. Ebreo-Chaldaic noui, & in Critica S. p. 176. vbi declarat, quantum fructum, Nomina propriorum dextra declaratio, tum ad Prosopographiam, tum ad Geographiam sacram, effet allatura. Sed nihil profererunt tot doctorum querelæ, nec, quantum nos quidem meminimus, fuerunt illi, qui, cum ad voces communes Ebreas explicandas, studium suum & industriad adferrent, huic etiam defectui medicas manus adhibuerint, preter Cl. PAVL. MART. ALBERTI, in Porta L. S. & Celeberr. CHRISTIAN. STOCKIVM in Clave Scr. S. V. T. quem tamen omnes voces proprias complexum esse dubitamus. Quam vero laudem Lexicographi Hebrei, nominum propriorum neglectione prætermiserunt, eam iure suo sibi vindicauit GEORGIVS PASOR, qui nomen proprium in N. T. obuiorum etyma, *Lexico Greco-Latino N. T.* appendicis loco diligenter subiecit, quæ vir Clariſſ. CHRISTIAN. SCHOETTGENIVS, eidem huic operi, cum augmentis & castigationibus recuso, locis conuenientibus inseruit. Ceterorum dictionariorum penuria ut suppleretur, eos adire necessarium fuit, qui vocum propriarum sacrarum interpretationem, singulari studio, & peculiaribus libris sunt complexi. Quorum primus exstitit *Auctor de Nominibus propriis*, siue is PHILO Iudæus fuerit, siue, quod placet aliis,

Io. Schüttij Adversarius Nomi-

nun proprieum Biblicus.

Verdore 1708. 8. Vol. To,

mi IV. Exstat in bibliotheca

nuova academica.

Tet in Biblioth. Hebr. P. II.

p. 865. fgg. qui et p. 571. fgg.

obseruationes, quas erudit

hanc in rem vñ confirma-

tas fuggefferrunt, In canone

contulit. Conf. et lo. Alb.

Fabricium in Nostrum in-

stitutum in

antiquaria c. XX. p. 595. fgg.

Rode Ioann. Heyden Bibliothe-

ca. T. 1567. f.

Ioann. Leidenij Onomasticon

lacrum, ab lo. Alb. Fabricio

vñis obseruatis evetum:

quod Herrn Sam. Reimarus

Nomina

com. de vita &

propria &

appellariua

non con-

fundenda.

p. 206. Inter popum a Fabriciana MSS. lata.

ORIGENES, aut CYRILLVS ALEXANDR. latine vero ab HIE-
RONYMO redditus: de quo legendus est celeberrimi nomi-

nis vir IO. ALB. FABRICIVS in Biblioth. Græca L. IV. P. II.

P. 540. seqq. Reliquos recensitos habes, partim a Clariss. IO. Teiss.

CHRISTOPH. WOLFIO in Append. ad Historiam Lexicorum

Hebr. p. 228: partim a iam laudato, sed nostris laudibus superi-

ore I. A. Fabricio in Bibliographia Antiquaria c. XX. p. 596.

ybi præ aliis, præclarum virum, & in hoc genere quam diligen-

tissime versatum, B. MATTI. HILLERVM merito suo com-

mendat, in Onomastico sacro, Tubing. edito 1706. Addimus

das Nahmen Register, h. e. Onomasticum, lingua vernacula ab

eodem HILLERO concinnatum, quod Bibliis Wurtenbergicis,

a B. HEDINGERO editis, adiecit reperitur.

§. IV.

Tam arduum negotium, cum a viris omni laude cumu-
latis, egregie perfectum & elaboratum sit, nobis propositum
non est, singula nomina propria sacra iam interpretari,
quod & vires nostræ, & angusti dissertationis recusant termini,
sed generalia tantum quædam de illis capita felige-
mus, & commentatione nostra illustrabimus; in quo tam-
en argumento sic versabimur, ut a sacris scriptoribus
nonnunquam ad profanos, quodam quasi diuerticulo,
transanimus, & ex iis quædam, quæ ad scopum videbuntur
idonea, parce tamen, interseramus. Quem nostrum co-
natum, ut MAGNUM ILLUD ET VENERABILE
NOMEN, quod omnibus antecedit nominibus, felici-
ter cedere iubeat, supplices efflagitamus.

§. V.

Ante omnia igitur, studioso sacrarum litterarum in-
terpreti, hoc certum exploratumque sit, quænam sint No-
mina propria, & quæ appellatiua, nè aut propriis com-
munem significationem subiiciat, aut specie contraria,
commu-

communia pro propriis habeat, quæ confusio grauissimos post se errores trahit.

Vtrunque contingere facile potest, nisi omnia, que in serie orationis occurruunt momenta, cum locis parallelis, sollicita cura dispiciantur, præcipue in difficultiori oratione, vbi rationes nonnunquam ita comparatae sunt, ut ambigere quaeas, vtrum vox proprie, an vero appellatiue fit accipienda? Priorum errorem errarunt complures Interpretum, in illo Ieremie loco c. XXXI, 15. vox audita est בְּרִכָּה. Quam ultimam vocem Jonathan vertit, in excelsô mundi; LXX, ut legit Cod. Alexandr. εἰ οὐφενή, inde Arabs, in excelsiori loco: *Vu'gattus, in excelsō*, & deinde B. Lutherus, auf dem Gebirge. Sed haud dubitamus Syro subscribere, qui vt proprium reddit vocabulum, in Rama. Habemus enim, quod maximum huic sententiae affert presidium, in ipsis noui fœderis tabulis ἐπὶ γραφῇ Matthæum c. II, 11, vbi habet εἰ παῦξ, quamvis noster ille id pariter appellatiue transtulerit. Nec meminiimus, vocem נַחַת, absolute positam in Cod. hebreo appellatiue signare excelsum, eine Höhe vel ein Gebirge, non obstante loco Ezech. XVI, 24, vbi non regio natura edita, sed excelsum, opere & manu, religionis causa factum, intelligitur. Sic etiam nobis quidem valde fit probabile, in eundem impegisse lapidem, qui cum Iudeis Ane mulorum inuentionem vindicantes, Gen. XXXVI, 24. חַמְלֵי reddunt mulos, aut qui ibi aquas balnea, aut herbe incognite speciem indicari putant. Nam quemadmodum incertum est, quid vox גַּם יְמִים vtpote ἀπάξιλεγομένη, appellatiue significet, sic certissimum est, mulos alias vocari בְּרִידִים, & Anam non equos, qui tamen ad hybridum illud animalium genus procreandum suffit necessarii, sed a finis paucis, nec verbum נַחַת, rem nondum existentem excogitare, sed illam que iam adegit reperiire, significat. Igitur rectius Onkelos, hunc hominem, sordidissimum prorige minus negat obiisse, dum vocem גַּבְּרִיא gigantes, quos proprio nomine Samaritanus effert Enyos. Hi autem gigan-

proprio nomine summum nomen dicitur. In autem genitum
er. xxxix, 7. קָרְבָּלָן Lon. seruus regis Seve Kiel. 1 Sam. xix, 16.
19. 22. 23. c. xx, 1. קָרְבָּלָן leu. sec. Kri. וְיַעֲשֵׂה quod Cler. vertit tu-
quaria. 1 Sam. 22, 6. קָרְבָּלָן LXX er. την οὐρανον. Iob. 4, 8. אֶמְמָד
LXX et Ar. et ad. ex. plato. קָרְבָּלָן et Ar. קָרְבָּלָן 1 Sam. 23, 18. מִנְחָה. 6, 11.
19. קָרְבָּלָן Ier. 49, 1, 3. Amos. 1, 15. Etiamne Hof. 5, 13. קָרְבָּלָן
? Hillerus curse p. 219. pro appellatio habent ruff. Hof. 6,
? Gen. 10, 11. Vulg. plateas ciuitatis.

Deut. 1, 1. וְאַתָּה אַתָּה בְּעֵד נָאכְלָה וְאַתָּה נִמְלָא כְּלָמָדֶךָ. Iud. 1, 15. מִלְחָמָה יְהוָה תִּמְלִיכְתָּה וְאַתָּה נִמְלָא כְּלָמָדֶךָ. Luc. 1, 3. Art. 1, 1. Εὐαγγέλιον. Ier. 48, 1. בְּעֵד נָאכְלָה coll. Vulg. Syr. Ion. Malach. 1, 1. אֲנָשָׁה אֲנָשָׁה coll. Prefat. nostra ad Malach. 1, 1. בְּעֵד נָאכְלָה coll. Vulg. 37, 40 Et in ista

SECTIO PRIMA DE NOMINUM PROPIORVM

compositione illud **ארבעה** nonnullis est membra & **אלה** dicti, quos Moses Deut. II, 10. 12. gigantum in numero, & Anacæis aequales habitos esse memorat, & Gen. XIV, 5. in le quaturo, contra lo. 14. 15. Planitie Kiriaathaim, Horæis vicina, habitaſſe ostendit. **בְּמִזְבֵּחַ** & **אֶתְבָּשָׂר** eodem modo confirant, vt **וְיָשַׁבְתָּ** & **וְיָשַׁבְתָּ**, quam rem fusus exequitur SAM. BOCHARTVS ὁ πάντα Hieroz. p. I. L. II. Collectionis mei. **תְּבָנָה**. 48. Nûm. 21, 1. **בְּמִזְבֵּחַ הַאֲלֹהִים**. 0. 0. c. 21. Addimus voces **בְּמִזְבֵּחַ**, quæ occurruunt in historia Sancheribi 2 Reg. XVIII, 34. c. XIX, 13. Et XXXVII, 13. de qua- rum sensu difficultis est atque obscura queſtio. **Ionarban** appellatiue exponit, prioribus quidem locis: *Ecce transmigrare fecerunt illos, atque in captivitatem abduxerint, postremo vero; Ecce transmigrare fecit illos, & in captivitatem abduxit.* Sed reliqui ex veteribus conuenientius ut proprium transtulisse videntur, cum quibus facit B. Lutherus, **Hebreus** und **Graeca**. His aut digitum attollamus, mouemur, primo quidem, quod **בְּמִזְבֵּחַ**, si esset commune, regulariter faltem in Hiphil exprimendum fuisset **בְּמִזְבֵּחַ**; deinde, quod Chaldaeus, qui aliquando solet es- te audacior, in uitis fontibus, vocem *Eos addidit, eadem licentia,* **בְּמִזְבֵּחַ** illud. *Ecce sermoni praefigit;* denique, quod illa verba, non Legato Rabſace tribui posſunt, vt ea que leguntur 2 Reg. XVIII, 22. Sed & que precedunt, & que sequuntur, perpetua ferie declarant, Sancheribum aut de fe, aut de maioribus suis predicare. Quam ob rem verba, aut in prima singulari, aut ter- ria plurali, fuissent proferenda: Quodsi igitur coniectura as- sequi quid possumus, **שְׁחִינָה** idem esse videtur quod 2 Reg. XVII, 22. legitur **שְׁחִינָה** seu, ut est in aliis codicibus, **שְׁחִינָה**; quod vero hunc dicitur, non satis certum est.

Tenuis insula vocatur ^{2 Reg. 17, 31.} ~~Reg. 17, 31.~~ ^{2 Reg. 17} Vix haud dubie nomen loci est ab Affyris occupari, & in prouincia formam redacti. De Henab vero quodammodo incertus HILLERVS Onom. S.p.831. Si proprium sit loci, inquit, Henochorum urbi vel regioni respondet, ut Hiuua, & Colchorum metropoli, unde reddamus verba 2 Reg. XVIII, 34. Vbi est Rex Chamathae & Rex Arpadi? Rex ciuitatis Sepharvaiimorum Hemage & Iuuæ? conf. IO. CLERICI Comm.in.i. Reg.XVIII, 34.

metropoli, unde reddamus verba 2 Reg. XVIII, 34. *Vbi est Rex Chamathae & Rex Arpadi? Rex ciuitatis Sepharvaiimorum H-
image & Iuuæ? conf. 10. CLERICI Comm. in 1. Reg. XVIII, 34.*

Denique eundem errorem errant, qui ex כנאנְנָה Cananæo cum Iudeis mercatorem Gen. XXXVIII, 2. & alibi passim; 1 Sam. XXV, 3. ex קָלְבִּי Calebita seu postero Calebi, cum τοῖς ὁ. Σερουπονινοῖς, hominem caninum, & Deut. I. r. חַבְּרֵב Di-Zahab cum iisdem τοῖς ὁ. καταχρέοις aurea vel deaurata faciunt.

In contrarium errorem, sc. quo appellatiua vt propria transfunduntur, acti sunt oī cum i Reg. XVII, 1. מִתְשַׁבֵּב גִּלְעָד, id est Gilead, i.e. ex *Thesbitis Gileaditidis*; quasi id proprium esset loci, a quo Elias *Thesbitis agnomen traxerit*, plane vt vir quidam satis aliquoquin eruditus, cum ab Athanasio proditum legisset, inuentas esse interpretationes V. T. græcas in πτερωσιν in dolis, id vertit *Pythis*, & locum finxit qui nusquam fuit, vt refert H V E T I V S de *Interpret.* Licet vero satis planum sit, LXX vertere debuisse in τὸν παρόντα τῆς γαλαάδ, ex *iniquilinis Gileaditidis*; tamen & *Iosephus Ant.* VII, 7. & complures tum ex Iudeis tum Christianis Interpretibus, præiudicium illorum sunt sequuti, quos recte refutat R E L A N D V S in *Palæst.* l. III. p. 1035. sub voce *Thisbe*. Sic etiam negari nequit, B. Lutherum id passum esse, quod in Herculeo versionis labore accidere illi necesse fuit, vt quadam eius αγρίβεια effugerent, & que appellatiua erant, vt propria transseruntur: cui vero rei plerumque & Alexandrini seniores, & Vulgatus, occasio- nem dederunt. Huc refer e. g. בְּנֵי נְרָב Cant. VI, II. quod ille immutatum reliquit, cum *Syrus rectius vertat, populi para- ti. conf. Not. Vber. Hallens.* וְרֹא יְהוָה 1 Chr. IV, 17. quod pariter Vir B. vt proprium extulit, cum significet & *perpetrat*. Ex N. T. in primis nominamus voculam ἀστον Act. XXVII, 23. quod eidem, vt multis magni nominis viris, loci nomen esse videtur, sed perperam. Nam & *construcción*, & vsus huius particula frequentissimus apud exoticos, satis euincit, vertendum esse *propius, παρὰ τὸ ἄγριόν*, & hinc sensus commatis talis fluit: Et cum solliuissent, *propius Cretam præterlegerint*. Quod iam vidit *Syrus antiquissimus Interpres*, qui vertit: *Defluximus*

Cyprianus Iacobus a S. Anno
Sic falso Augusteopoli Statim
Smalcaldicus nomine magistrum
relicti venit in Biss. Goth. Ponti;
Ecclesia lib. II. f. 455. Articulus
Smalcaldicus, inquit, Turbenthal
ad id de primis ita est notatus
Populi librum. Vido Reichenberg
quoniam in Append. ad litteros Sym;
bolicos p. 18.

Sic εγ^ε VII, 14. γιγαντες ωραιοι sec.
 Schmid. in Tha Koia, qd. et fel i. g.
 γιγαντες, perferant ιδε τη σαβανη
 2) οι γιγαντες εμφατ. Item 1 Sam. VII,
 12. γιγαντες sec. Vulg. Syr. Ap. Lat.
 et Grec. Hieronimus ex γιγαντοις corvus,
 fecit incolas urbis Orbo ;
 Hieronimus vero aliis ex
 12) signo litteram Thau εγ
 IX, 4. parum conuenienter;
 quis enim εγ. 16, 43. illud
 ηγ. explicaret eo littera

1 Sam. XVII, 20. Vulg. et venit ad locum Magala. 2 Sam. XV, 22 et XVII, 16. c. c.
Xerxes Achaia pro Agxi, Erages Apollis 89. 47, 8. קָרְבָּלָא coll. illie not. 1 Sam. 22
ברנָה, Gen. 33, 19. מִשְׁמָרָה, Amos. 4, 3. בְּתַרְמָנוֹת הַתְּרָמָנוֹת וְלְבָדָקָן 89. 21. סְבָדָקָן
10 SECTIO PRIMA DE NOMINVM PROPRIORVM

sed et caudum, ne quin sicut
numinum Protorum conue-
nientia impedit, ut diversa
pro ipsam habeas. Quem er-
rare emerunt, qui Etsim
habuerent pro filio
Propheta dixi. Sic יְהוָה
in Gen. XII, 45. in epistola Compositio
non tempore
Nomen pro-
prium indi-
car.

IO SECTIO PRIMA DE NOMINVM PROPRIORVM

prope seu circum Cretam. Quæ vero a viris
doctis, & in his ab *Hammondo* obiciuntur, in pedestri tan-
tum, non libero sermone, huic vocule sedem esse, ea exemplis
in contrarium adductis diluit *Præceptor* noster venerandus,
Clariss. ELSNERVS in *Obseruat. Sacr.* ad h.l. Hæc quamvis
possent sufficere, epimetri tamen loco subiiciemus ridicu-
lum errorem auctoris *Apocryphi Euangelii*, quod sub *Nicode-
mi* nomine circumfertur, qui homini, cuius ferum para-
lyticum Christus sanavit, *Centurioni* nomen proprium
fuisse, sibi perfusit, vt videre est apud *Celeberr. IO. ALB.
FABRICIUM* in *Codice Apocrypho N. T.* p. 254. Videtur in eius-
dem societatis errore, Syrum, Interpretem in primis circum-
spectum, traxisse *Clariss. IO. CHRISTOPH. WOLFFIVS*, in
Cur. Philol. ad h.c. dum, *Syras Interpres*, inquit, *latinam vocem in
centurionis hic retrinuit, quasi pro nomine hominis proprio haberet.* Sed liberandum Metaphraſten ifta censumus ſuspicioне, qui
vocem *Centurionis* non ex Græcis fortibus in ſuam recepit
versionem, fed ad Græcodiū *κεντροναρχα* exprimendum,
vocabulum Romanæ originis *centrōnā* arceſſuit, il-
ludque Aramaea donauit ciuitate, vt Græci idem in ſuam ado-
ptarunt, eſferentes id *κεντρον*, *Marc. XV.*, 39. 44. 45. Hinc
κεντροναρχα, quod ſedecies in *N. T.* de diuersis *centurionibus*
vſurpatur, nunquam aliter, quam *Κεντροναρχη*, exultit. Hæc
vero, cum multo honore, Viro, in cuius regno ſumus, debito,
a nobis dicta funto.

Hanc autem propriorum & communium confusionem, falsissimas gignere interpretationes, non opus est ut multis exemplis corroboremus, cum nemo sanus dubitauerit, erroribus in vocabulis, errores in rebus ipsis necessario esse conexos.

Licet appellatiua apud Hebreos regulariter compositionem respuant, attamen ex ea non semper criterium Nominis proprii desumi potest, cum occurrant vocabula

T ubi vide plura. Gen. viii, 11. קָרְבָּן . 1 Reg. 16, 10. אַרְצָן quo non ultra. Callendum, ne quo fluminorum
modi sec. Ion. et Ar. coll. 77, c. 16, 31. אַתְּ הַמִּשְׁנֵה priuoli. propria sunt, aliamq[ue] re-
sec. 77, 1 Par. 29 Vulg. et in sua diopis exponuntur, ad montes, urbes
Act. 28, 11. coll. Ar. cui 18 ps. v. 1. Gen. 20, 29. 77 coll. et alias, et versa vice, trans-
8 utriusque sacrae naturae et organizatione. 12. Gen. 10, 13. 10 loca.
13. Sabula compita, quæ potius communibus accenienda
lunt, quam ad propria referenda.
14. E.g. suspensio acierum, h. e. armamentarium,
Cant. IV, 4. & עֲבֹתֶם luteum densum Hab. II, 6. אַרְאָן
focus f. ara Dei Ezech. XLIII, 16. it. voces, quibus particula
non praefixa est, vt אלְקָרְבָּן irresistibilis Prou. XX, 31. דָּבָר pro deo dno; Vice
vbi designatur Reg. cum quo fe aduersus quem stare non da-
tur, curvatoris, visoriosus; in qua voce vertenda caecutive-
re cum LXX Chaldaeus & Syrus. אלְמֹתָה non-mors seu im-
mortalis, אַדְגָּזָה c. XII, 28. אלְמֹתָה lignum teredinis ex-
pers. 1 Reg. X, 11. vt Syris לְתָה מְתַחְלָתָה est אַדְגָּזָה, &
כָּתִיס, cetera. בְּאַתָּה וְמַתָּה

§. VII.

Quædam voces natura sua communes, proxime ad indolem propriarum per analogiam quandam accedunt, quas proinde AEMVLAS PROPRIARVM, aut QVASI PROPRIAS recte vocaueris, quia ad instar nominum proprietatum in tabulis sacris adhibentur.

E. g. בָּבֶלְתַּן est quidem pro Deus exercitum, ut pene occurrit 2 Sam. V, 10. 1 Reg. XIX, 10. 14. & in plurimis locis, quae collegit beat. GLASSIUS Gramm. Tr. I. can. 4. & DANZIVS in Interpr. §. 171. sed omisso nomine regente, absolute positum, instar proprii est 1 Sam. I, 3. 11. c. IV, 4. Pf. LXXX, 5. 8. 14. 20. indeque non vertitur in N. T. sed in Greacam transi ciuitatem, ὁ Κύρος Σαλαμάνδρα, Rom. IX, 29. Iac. V, 4. De quo nomine Dei obiter notamus, nullibi illud frequentius & cumulatius adhiberi, quam in tribus, qui captiuitatem Babyl. fecuti sunt, Prophetis, Zacharia, Haggaeo, & Malachia. Sic בָּבֶלְתַּן sensu communi monstrat eum, qui est sine omni virilate, ἀχερτός, & per Meiosin, qui potius nocet & obest omnibus, quem Latini nequam appellare solent; & sicut hominibus malis accommodatur, tum Djabolo, quid enim hoc

B 2 4:772 חַכְמָה cogi-

כְּרָנֶלֶן כַּפְּלָלִים כְּפָלִים cum pr. Cornelius Mich. 7,14. Vide quae notauit in Liberus כְּרָנֶלֶן. סֵג. 1,9. אֲמָלָה מְלָאָה 29,130,15. פָּבָז 3,7. נְאָזָה, קָרְבָּלָה coll. LXX, Acth. 1, Ap. 2,7. נְאָזָה, coll. ibid. not. et Hilleri Onomast. sub Machthef p. 72. נְאָזָה. יְהִיבָּרְתִּין בְּנָזָה. Gen. 2, 7. נְאָזָה Dan. 2, 27. coll. 12

SECTIO PRIMA DE NOMINVM PROPRIORVM

2 Sam. 6, 6. מְלָאָה, Matth. III, cogitari potest nequius? Habet se vero ut proprium, & in N. T. immutatum retinetur 2 Cor. VI, 15. Significat igitur extreme malum, & eum, qui a malitia, velut proprio nomine, est appellatum. Porro Satan, generatim aduersarium notat quo sec. aliquos apud J. Kimsch ^{e.g. 1 Reg. XI, 14, 23, 25.} סָטָן vero, Spiritum, Deo & hominibus infensissimum, fili po. viri, al. sec. LXX, Syn. Diabolum, & proinde in N. T. exprimitur addita terminatione אָדָם, pr. loci, utrumque perpetua, Servator, & Petrum increpat c. XVI, 13. & Iudam proditorem Hillel. תְּבָרָה, coll. LXX, אָדָם. Secundum designat Io. VI, 70. Euangelistis id quasi proprium, in ipso sermone græco retinentibus. Eodem modo אָמֵן Amen appellative indicat firmitatem, stabilitatem, & per metaphoram, אָמֵן App. אָמֵן אָמֵן Reg. 2 veritatem; vnde Esa. LXV, 16. אָמֵן Deus veritatis. In N. foedere Christo tribuitur ad instar proprii nominis, Apoc. III, 14. אָמֵן, h.e. אָמֵן Ιω. XIV, 6. Addimus Μαμμονας Mammonas vel Mammon, qua voce Rabbini, Chaldei & Syri, opes & diuitias denotant; retinetur tamen Matth. IV, 24. Luc. XVI, 9. n. 13. nempe ut diuitiarum eumulum, tamquam Deum s. idolum, cuius proprium sit hoc nomen, reprezentet, unde auarus εἰδωλότροπος vocatur Eph. V, 5. perinde ut græcis πλεπτός est genius diuitiarum & ipse diuitiae; θεός ius & Mal. III, 1. תְּבָרָה, coll. ibid. מְלָאָה, coll. ibid. מְלָאָה. Est enim scriptoribus tum sacris tum profanis hoc perquam solenne, ut res inanimatas, ipsa oratione, per prosopopœiam animent, ut earum natura & indoles melius innoteat. Huc refer nomina propria ALLEGORICA, ut terra Merathaim, id est, gemina vel duplicita inobedientia, & פְּקֻדָּה Pekod, id est, visitatio, seu visitanda, diuinum quod subitura iudicium, pro Babylonia, Ier. L, 21. vbi confitetur in Bibl. Hallens. Item מְדֹבָּה Madheba, id est, χρυσόπολις, seu urbs aurea, pro Babylone; quo nomine, ad Chaldaicam magis quam Hebraicam analogiam efformato, Chaldeorum fastus & vana de metropoli sua exagitatur gloriatio, Ιω. XIV, 4. אַרְיֵל Ariel, id est, leo Dei pro Hierosolyma, LXX Μελκον τον αργειον αὐλον, gemina versione. קָרְבָּלָה coll. LXX, Vulg. leo supra p. 9. de πλεπτοις ex Huetio adlata sunt. Eph. 2, 63. Neh. 7, 65. 70. c. 8, 9. c. 10, 2. נְאָזָה, quocum cf. Hilleri Onomast. p. 660. פָּבָז, 16, 17. גְּבוּנָה, coll. Syr. p. LXXII, 17, 18! coll. VIII. de Nominib. Christi die nat. p. 20. 2 Sam. 15, 28. בְּעָרְבָּה cum בְּעָרְבָּה, coll. 14. 16. תְּהִרְאָשָׁה, תְּהִרְאָשָׁה, coll. Schm. Eph. 2, 14. et Ps. 88, 11. קָרְבָּה קָרְבָּה, et Gafforti קָרְבָּה. 10, 9, 26. coll. Hilleri. p. 798. 1 Reg. 1, 9. 12. coll. LXX. וְאֵת illuc Schol. 2 Reg. 15, 10. קָרְבָּה עַמְּקָבָה עַמְּקָבָה coll. Hilleri.

leonino velut robore a Deo instructa, sed leonina pariter
frocia aduersus Deum se efferente, Esa. XXIX, 1. Refer hoc
item nomina ANTONOMASTICA, ut **נֶשֶׁת Nomen**, pro
magno illo & tremendo nomine **לְבֹאָה Lebbaea**, Leu. XXIV, ii. coll.
Deut. XXVIII, 58. **בָּנִים Filii hominis**, quo nomine De-
us Ezechielem in Veteri, Christus vero in Nouo foedere se ad-
pellauit seipius; **דְּנַיְרָה fluvius nati ἐγχώριος pro Nilo** Exod. II, 3.
quem eadem ratione AELIANVS vocat τὸν ποταμὸν V. H. lib.
L. c. 4. **חַדְרָה** itidem **fluvius pro Euphrate**, Gen. XXXI, 21. **תְּמִירָה**
vrbs pro Hierosolyma, apud Prophetas passim, vt Latini per
vrben, solent **Romam**, Greci per τὸ ἀστὴν **Athenas** intelligere. De-
nique hoc refer nomina plura tum RELIGIOSA, tum ex lingua
geniti dominantis apud Iudeos in vsum traducta; vt **שְׁבָתָרוֹן** & **סְבָתָנוֹס** Hebr. IV, 9. **כְּפָתָח פָּתָח**, **פָּתָח**,
annus **Iubileus**, Iosepho **Ιωβηλίον**; **כְּרוּבִים Cherubini**, unde
χρυσόβιο δέξιον Hebr. IX, 5. item **נְתִינָה Nethinæi**, pro dona-
tibus seruis, Deo & ministerio templi consecratis; **קִידָּר Naz-
raeus**, pro eo qui **devotus** Deo est; **פָּרֵש vel פָּרֵשׂ** **Φαρεστ**,
pro sanctimonio vita **separato**, quales se Pharisei gerebant.
κηπος Census, Matth. XXII, 17. **σπειδάτως Speculator**, seu
spiculator, Marc. VI, 27. **πεσιτάριον pretorium**, c. XV, 16. De
vocabulis mensurarum ponderum & monetarum, quæ ad a-
mula priorum referimus, infra erit dicendi locus §. X.

§. VIII.

Quemadmodum vocabula communia proprietatum induunt naturam & indolem; sic propria, quae certis personis & locis adhaerent, ob quandam conuenientiam ad plura subiecta explicantur, & in appellativa conuertuntur.

E. g. כנעני vel Cananeus, mercatorum signat Hof XII, 8. Prout. XXXI, 24. nempe quia Phoenices, si non inuen-
tores nauigationis, ut vult FLINIVS, nobilissimi tamen fuer-
negotatores, adeo ut LVCIANVS in Tuxar. nullos fuisse θει-

Hærdius in Solio, mensura
Hebraeorum magna ex Grecia
p. 15. vito, sed perperam, ver-
tit totis v. sine (ut ille ad
pellat) Alexandrino infer-
preti, quod ἔργος τοῦ
εὐδος reddidere. At qui
in numeris mensuratum,
monetarum, ponderum, que
ut propria locorum perso-
narum nominatae sunt prope
modum habent, id non
cuspundit. Habeo Rec
iam p. 187.)

106.37. י. בְּרִיָּה. coll. Vulg.
T Gen. 24.33. וְעַדְתָּךְ אֶת־
יְהוָה. coll. LXX
י. 75. תְּבִלֵּת־
בְּרִיָּה. coll. Hillig.
p. 284. בְּרִיָּה. coll. Dan. 11.38. coll.
106. Aerol. ad Concord. p. 1008.

1418. *Ex proprie-
tate communia.* *Vide illuc Cler.
8-27 coll. Maior in Suppl.*

¶ p. 8.

mercator Exod. 14, 21. מַכְנָעֵן 14, 19, 29. לְסִם 24, 7. תְּבִזָּה 7. Vulg. amabilis Domini
na 2. Sam. 12, 25. חַיּוֹגָעֵס מִצְרָיִם Joh. 17, 1. LXX סָם 15, 2. אֶפְרַיִם 15, 2. 5, 5.

SECTIO PRIMA DE NOMINVM PROPRIORVM

¶ 14. LXX 10, 19, 46. עַמְקָדָן תְּבִזָּה εμπόρος affirmet; ad fallendum vero ita apti, vt locum fecerint dicitur; Σύνοι περὶ φύσιν, Germ. ein Betrieber u. ber den andern. Nauigationes vero eorum latissimas accurassime descripsit Cl. BOCHARTVS, in Chanaan lib. I. c. 2. & in compendio Preses ven. in Dissert. An Hebreæ & adfines coll. Bochart. Chanaan (1). Orientis lingua a Graeca deriuante sint, §. 22. Sic Iudeus, pro vero veri Dei cultore Apoc. II. 9. c. III. 9. Samarita, pro damnabili religionis adulteratore, & syncretista, Ioan. VIII. 48. Nomen כָּשְׂרָיָה Chaldeorum, tum in Daniele, tum in profano etiam כָּשְׂרָיָה. לְפָנֵי et al. V. T. rum scriptis diuinatores indicat, & mathematicos; quod illi his artibus maxime olim inter omnes floruerunt, quomodo 16. בְּשָׁרָב 16, coll. 23. לְפָנֵי, Tusca seu Errusca disciplina, apud Latinos nobilissima, cum omni diuinationis & predictionis arte nomen communicauit. אֶדֶן Eden proprium est nomen regioni amoenissimæ, quæ 15. בְּשָׁרָב 15, coll. 23. לְפָנֵי. Paradisum olim continuit, sed dein pro quois loco, cuius iucundissimus conspectus est, sumi coepit, vt Ez. XVIII, 13. vt טְמֵן Thessalica quibusvis nemorum & fluviorum amoenitatibus nomen suum reliquerunt. Ελλήν Græcus in N. T. opponitur Iudeo, notatque ἀγάλυστος, præputium seu gentilem Rom. II, 9. Act. XX, 21. relata est autem nomini huic Syriacus quidem interpres vocem Σύρος, Arabicus vero سَرْبِي, Sabinus, pari modo adhibuit. Qualis Antonomasia apud 185 בְּשָׁרָב est frequentissima. Quis enim nescit Syrum seu Germanum seruum monstrare, Catonem hominem seuerum, Clodium nequissimum, Græcorum vero nomen tam omnis nequitiae fuille capax, vt vanum, mendacem, mollem, perjurum & quod-

31. בְּשָׁרָב, coll. Hilleri Onom.

Nomina propriæ mysticæ, coll. 1. 80. Jub. 1. 80. אֶלְעָן spiritu, a sapientissimo, qui Prophetas afflavit, spiritu, aut excogiti*to lec*
ibi nostris Amotak. vber.

Prou. 30, 1. אֶלְעָן, אֶלְעָן coll. vna præf. in Prou. 8. XIV. no. 1. p.)

S. IX.

Præterea perquam illustres in factis sunt literis appellationes mysticæ, tum locorum, tum personarum, a sapientissimo, qui Prophetas afflavit, spiritu, aut excogitata & composita, aut a subiecto suo proprio ad alia subiecta significanda, traducta.

Prio-

Sic Apoc. 2, 9. c. 3, 9. Veritatis pro Confessoribus veritatis; c. 2, 20. mir Purissima lega,
p. 3, 1; et sec. Vitrinam p. 65. c. 2, 6. Nicolaite, quod in vix probo. Quare in illam
lebaberem pro femina Thyatorenii; c. 7. Hoc nomen facrificabent p. 466. cf. Suren,
SACRORVM NATVRA ET ORIGINATIONE. 15 sufsum in Xerx. Th. p. 95. Th.

Prioris notæ sunt e. c. עַמְנָאֵל, in N. T. εμναεν, h.c. Vit p. 95. Th. VI.

Deus nobiscum Es. VII, 14. Mat. I, 23. יהוֹנָתָן צְרוּנָה יְהוּנָה ieboua iu-

stitia nostra Ier. XXIII, 6. & cetera Seruatoris nomina, myste-

rī plenissima, Es. IX, 5. ad quæ loca conf. sis que in Bibl. Hal-

lens, sunt obseruata. Item אַהֲלָה tentorum, nomen rea-

le ecclesia Samaritanæ, Ez. XXIII, 4. & אַהֲלָה tentorum

meum in ipsa eß, Hierosolymitanæ ibid.

יהוֹנָתָן יְהוּנָה שְׁמַרְנָה ieboua

ibi eß, nouæ Hierosolymæ, c. XLVIII, 34. רְחִצָּה delitie meæ

in ea fuit, & בְּשֶׁלֶת maritata, nomina ecclesiæ N. T. Es. LXII, 4.

הַלְּדוֹת nullam misericordiam affectuæ, & לְאַתְּ non popu-

lus meus, ecclesiæ Indiacæ repudiatae Hos. II, 25. Adde voces

mythicas Apocalypses, libri arcanae & recondita sapientia

plenissimi; vt ὁ λόγος τῆς Σεσσ., c. XIX, 13. Αἴωνθ. τ. c. VIII, n.

Αβαδδὼν, c. IX, II. Λευαρεδδὼν, c. XVI, 16. Μυσῆς c. XVII, 7.

Ad posterius comma pertinent nomina locorum & perso-

narum, quæ duplici subiecto, alteri proprie, improprie alteri

conueniunt. Tum enim ex prædicatis, quibus in vaticiniis

V. T. vsi Prophetæ sunt, tum ex N. T. Apocalypses imprimis

maiusfima harmonia, facile intelligitur, duplex obiectum spirituum

globusatum fuisse, quorum unum emblemæ & circulorum est al-

terius, vt monet ven. RAMBACH. de sensu Myst. Criter. §. V-

Huc igitur refer nomen Eliae, quod applicatur Ioanni Baptista, coll. Mal. III, 23. Luc. I, 17. Matth. XI, 14. Sodoma & Ae-

gypti Apoc. XI, 8. Babylonis & Euphratis c. XVI, 19, 12. Edim-

bei. LXIII, 1. 2. Apoc. XIX, 13, 15. XIV, 9. nouæ Hierosolymæ c.

XXI, 2. Sic operosus est etiam Cl. HERM. WITSIVS, vt no-

mina septem ecclesiarum Apocalypticæ symbolica esse probet,

ita tamen, vt iniudicosa fatis comparatione, sub Sardibus Luthe-

ranam, sub Philadelphia vero Reformatam conspicendi am-

pliatur, in Mys. sacri. l. III. c. 2. conf. laudati ven. Præcepto-

ris RAMBACHII Instit. Herm. I. IV. c. 2. s. 15.

¶ 45. Nomina propria Originalia, non quod ad sensum

& ympropriæ in

metare; Esa. 1, 10. מִצְרָיִם ei עַמְּנָאֵל de principiis.

topolog Hierosolymæ. Quoniam Virgilius Ecloga IV. v. 36.

Nigra iterum ad Troiam magnus mittetur Achilleus, non

item ille ac prius, sed eius similis. David de Mæfia

Ier. 30, 9. £ 4. 34. 23. 24. Hos. 3, 5. sic Ps. 120, 5. קְרִימָן

77 P., Ier. 31, 15. cf. Matth. 2, 18. Rachel de matrib. Israelitæ.

§. X.

טְּבִשָּׁה: תְּבִשָּׁה לְאַתְּ 4, 2, 12.

כְּעַדְנָה: הַגְּזִירָה 2, 24.

Sodoma et filia eius, nec non

Samaria et filio eius, 29, 16,

53, 19. Apoc. 2, 9. cf. c. 39, 18.

et postea 17, 20. ut et cetera.

Nam quid præcessit nosceptione

habet se tantummodo in primis,

scriptoris ad sequens istud

nomen, ostendens, capio id opon-

tere, non de Babylonie pro-

prie dicta, d. mythica.

T qui loco notabilis est nolens

75 cestadis, ut tis nolentis

76 cestadis Sodome et Ai.

Yunlos, 698 κατ. 2, 1.

77 Al iniuria sic facta est Wilts, v. 100.

78 qui i.e. non nam insincet alio-

rum Ecclesiæ Reformatæ doctorum;

Nomina ac Brighamiani in

sententiam exponit,

cant. c. 4. reitell, open.

79 cestadis pro sen-

70 eccliarum Apocalypticæ prophæ-

71 precium est Roma.

72 potio vero ibidem et hoc 7, 4.

versionibus
non quoad
sensum
transfun-
denda,

& vim suam transferenda sunt, sed quod ad literas sonumque sincere exhibenda: licet fieri possit, ut in terminatio-
ne ad eius linguae, in quam transeunt, genium & fle-
xionem accommodentur. Quod si tamen sensus eorum
tantum exprimitur, indicare id fidelem oportet Interpre-
tem.

*S. Ad. Reichenberg. in Summistro His.
Eccl. p. 269. tanquam duxerit du-
ctores dissimilis Pardan et Eulegich
um, cum in vng idem sit Patriar-
chia Alexandrinus, annalium et
elephant. scriptor, Arabice doceo Sri-
das, Graece vero Εὐρύχοις eadem
Significatio dictas.*

Deut. 1, 1. זְבֹב הַלְּבָד וְעַל כָּל תְּבִשָּׁה
אֲלֵיךְ וְעַל כָּל חֶבְשָׁה. Gen.
xxviii, 13. וְעַל כָּל חֶבְשָׁה.
2 Sam. 21, 19. וְעַל כָּל חֶבְשָׁה Vulg.
Adeodatus: Ex. 15, 23. מִרְחָה
6. Misericordia. c. 17, 7. מִרְחָה וְמִתְּבִשָּׁה

Secus qui faciunt, proiiciunt & profundunt clarissima
rerum gestarum monumenta, subruunt firmamenta veritatis, te-
nebris inuoluunt Cimmerii res liquidissimas, & lectorem in
errores inextricabiles coniiciunt. Notantur hoc nomine
LXX. Seniores, qui vocem **חַרְבָּה** *Eua* Gen.IV, 1, & quoties-
cunque ibi recurrit illa, mutant in **ζων** *Vita*; **בָּבֶל** *Babel* c.XI, 9, in
Σύγχων *confusionem* transfundunt **τι** it. **ΙΩΝΑΘΑΝ**, qui, **την**
Reg. XV, 21. loco **בְּתַרְצָה** *in Thirtsa*, appellatium vocabuli, **וְ**
significatum substituit, **בְּתַשְׁנָה** *in beneplacito*, cuius licentia, **וְ**
fidelis translatore indignissime, plura exempla concepta habesit
in *Pref. ad Explicat. Nom. Propri. in Bibl. Polyglott.* Sed quid tu
queso futurum esset, si in omnibus verbinibus & ubique ea-
dem regnaret audacia? Verte e. c. locum Gen. IX, 27. **Dilatet** *DEVS*, **הַלְאֵת** *dilatatione, & habet in territorio* **וְ** *nomi-*
nis, & sit **(כִּנְנָן)** *depresso seruus eius;* & c. XXIV, 6+, & *sustulit* **וְ**
splendor oculos suos, & vidit **מִזְבֵּחַ** *risum, & desiliit* **וְ**
a Camelio. Nonne hoc paecto sanctissima scriptura oracula,
verbis concepta lectissimis, conuertuntur in deliramenta,
inanis logos & sine mente sonos?

*Qui enim scis, quenam vocabula vt propria, quænam vt communia sint interpretanda? Iure igitur merito vir summus, 10 B.
LVDOLFVS Comm. ad Hist. Aethiop. l. I. N. XXVI. 3. cum obser-
uasset, Gracis perfamiliare suisse, nomina propria regionum
significatiua in suam linguum conuertere, haec subdit verba:
*Verum mos iste cum in bistoria, tum in geographia maximam
sepe parit obscuritatem, ut vel adpellatius putas, que propria
sunt, vel eadem nomina pro diuersis habeas, nisi vitramque lin-**

Fallacia compositionis in Nominiis propriis committit. Zach. 14, 10. יְהִי־בָּעֵד וְיַעֲשֶׂה Vulg.
De colle Remmoni. 19, 12. קָרְבָּן שְׁמֵרָה מִתְּחִילָה. v. 26. וְיַעֲשֶׂה בְּבָנָיו coll. Vulg.
Syr. 18, 25. תְּמִימָה חֲדֹתָה תְּמִימָה. coll. Vulg. et. nostis. 16, 2. וְיַעֲשֶׂה בְּבָנָיו coll. LXX.

SACRORVM NATURA ET ORIGINATIONE.

17. 16, 8. יְהִי־בָּעֵד coll. LXX.

quam pariter intelligas. Hinc mirandum est, viros acutissimos, & in primis eruditos, HVG. GROTIUM, & PETR. DAN. HVETIVM in Demonstr. Euangel. Pr. IV. c. I. in illam induci potuisse sententiam, Mosen tberorum gratia, nomina propria Ebraico sermone, in eundem expressisse significatum, quem in prima lingua obtinuerint: vt istud argumentum, quod ex nomine minibus propriis, pro adstruenda hebreæ lingue supremæ antiquitate deponit, conuellerent. Cuius vero sententia falsitatem solide demonstrauit IAC. GVSSETIVS Comm. L. H. p. 5, seq. Vehementer sane in Mose scriptore Georgio, & maxime in prodendis rebus antiquissimis sollicito, desiderarem illas virtutes, quæ in Historico inesse debent, si dem nempe & perspicuitatem: cum tamen constet, tum Mosen, tum ceteros scriptores sacros, nomina peregrina, Aegyptiaca, Assyriaca, Persica &c. summa fide sine villa mutatione, historiis suis inferuisse. Eadem vero est audacia, si in Historia voces proprias in tua lingue sensum transferas, quam si in Versione eas in aliud idioma transfundas. Ab Interpretate autem idem ille doctiss. HVETIVS, in nitidissimo de Interpretatione libro, hoc maxime requirit, ut magis labore de fide auctori praestanda, quam de sua dicendi facultate periclitanda. Verum obiici forsitan nobis posset, in ipsis N. T. tabulis, haec quæ propagnamus, non obseruari, e.g. nomen Dei proprium יהוה Iehoua, conuerter in κύρος Dominus, Messias in Christus, Cephas in Petrus. Sed ad primum exemplum regerimus, Græcum Κύρος, quod Euangelista & Apostoli ex versione LXX Interpretum desumferunt, non referre nomen Dei proprium Iehoua, sed vocem οντος Δόμινος, per quam Synagoga Antiqua nomen illud tetragrammaton extulit; Ad posteriora vero exempla malumus verbis venit. Praedictis, quam nostris respondere; sic enim ille in doctissima disquisitione: An Hebreæ cum linguis affinibus OO. a Græca sint deriuanda §. XIV. Preterea quid nomina hebreæ non tam stricte propria personarum sunt, quam cognomina Iesu nostri & Simonis; cuiuamodi coll. Ms. de Illiphi p. 25. 18)

ס. 21, 16. יְהִי־בָּעֵד coll. Vulg. et Latino interpr. Targ. et Hiller. p. 853. 19) 2 Sam. 24, 5. וְיַעֲשֶׂה cogno-
coll. Syr. 44X et. Ior. 20. וְיַעֲשֶׂה הַמִּלְחָמָה Hiller. p. 858. 21) 19, 15, 32. nosaf Clerig celebrem Geo-
graphia Samsonem, temere differentiam numeri restituire, coniunctus in utrum aliquo
nominali, Keder-Chalpor, Kriath-Cherion, Belsathoth-Chalpor, Ajim-Hattem; Iithan-
Ziph, Amam-Sena et. 22) עֲדָרָת (עֲדָרָת) 19, 2. coll. Cler. (23) Nonne vere hebreæ.
16, 17. בְּאַתְּ וְעַתְּ (אַתְּ) i composite (coll. 10, 1, 43. 24) נְבוּ נְטוּ 19, 27. coll. LXX.
25) 19, 17. Proi. 30, 1. 26) מְרוּזִים, coll. Reland. p. 122. 199.

Sirnon δικαιολόγος, idem qui εἶδεν τὸν Σατανάν, Marc. VII, 19. *Eccl.*
VI, 15. Κριτής ἡ γ. Μέτρος; Αἰδούσος ἡ γ. Θρησκεία, quo de
exemplis vide *Th. Graevi Ad.*
notat. In *Perf. Eccl. ang. vers.*
Hab. lvi. XI, 16. Tum. VI.
Bibl. Polygl. p. 97. 9.

cognomina nibil prohibet transfundī in aliam linguam, e.g. Ar-
taxerxes Αρταξέρξης, Longimanus, mit der langen Hand, certe tamen
in N. T. non sine explicacione sunt pretermissa coll. Io. I, 42. 43.

Mitius ferendum est iudicium, quando Interpretes sacri,
pro nominibus, quos fontes habent, ea subfitunt, que po-
sterioribus temporibus obtinuerunt; Solene enim, ut nota
LIGHTFOOT. in *Chorograph. premissa* Marc. VI. Interpre-
tates Græci, nomina locorum reddere, non eo nomine, quo va-
cantur in Textu hebreo, sed quo nuncupabant temporibus poste-
rioribus, sub templo secundo, quod & a Chaldeis Targumis fa-
ctum est non raro. Ceterum, idem fere ius, quod nominibus
propriis in versionibus tribuumus, etiam vindicamus vocabu-
lis mensurarum, ponderum & monetarum, que ut propria loco-
rum & personarum se propedium habent, & in aliis lin-
guis non semper dictione æque valentes inueniunt, que
eandem rem eadem vi & ratione exprimat. Immerito igit-
tur Cl. HARDTIUS in *Dolio, Mensura Hebreorum maxima, ex*
Graciap. 15. Alexandrino, ut vocare amat, interpreti dicam
scribit, quod hebr. סְנִיר & שָׁמֶן reddiderit.
Hæc autem quamvis ita sint, atque nominibus propriis in
versionibus nativa sua forma conferuanda, nemo tamen In-
terpreti vitio dederit, si vocabula propria in terminacione, ad
sue lingua genium flecat & transferat, cum alioquin ipsi sa-
cri scriptores N. T. culpandi essent, quod e. c. hebr. דְּרוֹתָה
in וְשָׂבֵעַ conuerterint, תְּרֵזָה in ράχειας &c. quia Græco-
sum ori molliori & concinniori, duriora pronunciatiu sunt,
que Orientales pleno & intento gutture protrudunt. Si igi-
tur hæc terminacionis libertas translatori relinquatur, non
dispicent nobis, que MICHEL DE MONTAIGNY L. I. c. 46.
hanc in rem differit: J'ai souhaité souvent, que ceux, qui écrivent
les histoires en Latin, nous laissent les noms tels qu'ils sont; Car
en faisant de Vaudement Vallemontanus, & les metamorphosant,
pour les graver à la Grecque ou à la Romaine, nous ne savons ou
nous enfouimes, & en perdons la connoissance.

Fallacia diuisiōnis in Ali
zimis propriis committitur
los. 19. זְרֵבָעַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Vulg.
Syn. II. v. 2. יְהִוָּה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
lon. Vulg. LXX, Syn. et Ar. q. 26. dis-
puncta loca. cf. Hiller. p. 927.
לְבָנֵי יִשְׂרָאֵל coll. LXX.
v. 13. מִצְרָיִם coll. Vulg.
LXX. Syr. Ar. בְּנֵי חֶבְרוֹן
el. קָרְבָּן, coll. Syn. et Ar. q. 26. 33.
Vulg. Syr. et Ar. בְּנֵי קָרְבָּן coll. LXX. 34. Quod
coll. Syr. Ar. 10. גָּזָב בְּנֵי קָרְבָּן coll. Syr. 9. 48. 35.
Rebus hebr. v. 19. אֲנָשִׁים בְּנֵי קָרְבָּן coll. Vulg. LXX, Syr. Ar. Polyl.
interpretis el. 9. Symeon. Ar. scriptum est. الموضع اليهودي، quod in. in. Thenten
interpretis el. 9. Symeon. Ar. scriptum est. الموضع اليهودي، coll. eod. ad Gen. 33. 20. Iud. 6. 24.
el. Hiller. Iud. 19. 16. בְּנֵי קָרְבָּן Vulg. LXX. 2 Sam. 23. 9. coll. LXX.
Plura exempla a me congeta sunt.

Hinc & adducor facile, ut nomen illud Nicolaistarum Apoc. 2, 6. 15. & Bileam verbum cum Utrinque, qd.
hoc ortum est ex εὐθύνει.

SACRORVM NATVRÆ ET ORIGINATIONE.

19

Quod ad ultimum paragraphi membrum attinet, præeunt exemplum N. T. scriptores, qui, quando proprium peregrinæ linguae vocabulum in suam transfundunt, sollicite addunt interpretationem, vt ab omni licentiae & temeritatis suspitione se præstent immunes. Sic Io. XIX, 13, λαθόσεωτον, εἴσπαις δὲ ταῦθαδέ; & v. 17. τὸν λεγόμενον κράνιον τίταν, ὃς λέγει, εἴσπαις τολγοθά. Licet vero Act. IX, 39. mulier quædam pia defuncta, & a Petro in vitam reducta, græco nomine η Δορκάς, quod capream valet, appelletur, nomen tamen Tubitha, cuius vim græca vox repræsentat, v. 36. cum interpretatione iam erat allegatum: ταῦθαδέ η διερμηνευομένη λεγεταὶ Δορκάς. Et Act. XIII, 8. Barieſus eognominatur Elymas, idque vertitur quidem ο Μάγος Magus; sed cum subiuncta nota: Sic enim per interpretationem dicitur nomen eius.

§. XI.

Vt igitur non licet Interpreti, vocabula propria in Nominibus peregrini idiomatici formam conuertere; Sic etiam spuriis non spuria origo assignanda. pulat Etymologus, qui spuriam iisdem assignat originem, nec ex eius gentis lingua ea deducit, apud quam nata sunt & maxime usurpat.

Qui natales Nominum propriorum aut ex ignorantia, aut vana & inani ingenii ostentatione confundunt, idem agere nobis videntur, atque illi, qui Iudeæ proditori Galliam patriam tribuunt, Pilatum vero Procuratorem, ex Freychemio Franciæ, ioculari errore, arcessunt. Quæ enim est ridicula audacia, quæ in Oriente nata sunt, Occidentiscepta referre, & contra, quæ hac peperit, ad illam transuelleret? Notata tamen est a Viris doctis, in Græcis præcipue, arrogantisimo hominum genere, hæc vanitas, & hodiem notatur in illis, qui totum terrarum orbem vellent græcissare, vt, cum omnes artes & disciplinas ad Græciam referant, sic etiam nominum omnium incubanabla, eidem vt fecundissimæ matri vindicent. Sic e. c. SVI-
DAS nomen Noachi נָחֶם, quod ex imponentis patris voluntate acquiescentiam seu consolationem notat, ab Hebr. תְּמִימָה adquies-

Conf. Differat. mea Ante-Hard.
§. xxviii. p. 52. et finile me,
Phiarum specimen, quod Kippe,
nig. deoiz apud Rambachian
Institut. Hermeneut. p. 277.

C 2

cere

in Tract. Mj. de Ellippi, p. 26. 27. תְּמִימָה Reg. 4, 12. oj b. qui in. evdēm in versu recte בְּמִימָה
v. 16. נִיחָן בְּמִימָה. קְרֵבָה. n. בְּמִימָה. coll. Ion. Syr. Vulg. Ibid. v. 6. תְּמִימָה coll. Vulg. in
Dan Siluestraria, letto insuper יְמִימָה, p. 3. יְמִימָה. Gen. 14, 8. בְּמִימָה LXX, Sam. Ar.
Pol. c. 151. c. 155. c. 19, 38. יְמִימָה coll. Ruth. c. 23, בְּמִימָה אֲבוֹעָז LXX, Vulg. Ap.
Verte.

Gen. 30. 7. וְיָצַא אֶל־יְהוָה וְיִתְּבֹא לְפָנָיו וְיִשְׁמַע אֶל־מִצְרָיִם. Vulg. 8. וְיִשְׁמַע אֶל־מִצְרָיִם. Sam. 24, 30. namque in patria heresis. Redde
o. in Vixi. iest. 28. נְקָדֵה יְהוָה וְיִתְּבֹא לְפָנָיו וְיִשְׁמַע אֶל־מִצְרָיִם. Rabeḥ יְהוָה וְיִתְּבֹא לְפָנָיו וְיִשְׁמַע אֶל־מִצְרָיִם. perinde ne 2 Sam.

23, 31. וְיִתְּבֹא לְפָנָיו וְיִשְׁמַע אֶל־מִצְרָיִם. 1 Reg. 27. 20. SECTIO PRIMA DE NOMINVM PROPRIORVM.

cere, 1. כְּנָסָה consolari Gen. V. 29. contra deriuat παρεῖ τῷ νῷ.
Hof. 10. 8. כְּנָסָה εἰσῆγεν LXX. τὸ κολυμβᾶν hoc est, anatando, quod sc. vndis innatauerit. Eodem modo Stephanus 44. vrb. nobilissimum Phoenicis emporium Acco Iud. I, 31. quod Ace a Plinio pronuntiatur, & Ptolemaidis dein nomine vocitatum est, a Græco ἄσι, quod medela exponitur, deriuat, recte propterea reprehensus a FVLLERO, Misericordia IV. c. 15. TACITVS Hist. V. 2. cum multis veterum, Indo-europæum appellationem a monte Cretenium Ida trahit, soni cognatione deceptus: ex qua falsa opinione, doctissimus Huetius D. E. Pr. IV. c. VIII. §. X. acute illustrat regis Spartanorum Arii ad Oniam Pontificem literas, in quibus Spartiatas & Iudeos fratres appellat, & vtrosque de genere Abrahami originem duce Suf. 3. re praedicat, 1 Macc. XI, 21. Sic Lysimachus, Græcus historicus, apud JOSEPH. I. contr. Apionem, Hierosolymis fœdissimam tribuit originem ab ἱερούλοις, seu spoliis sacris, extemplos Aegyptiorum, que diruissent Iudei, reportatis. Sunt, qui Κηφαῖος Cephas, Petri cognomena κεφαλὴ caput deducunt, quod verum vellet Pontifici: fed hos Originatores, DVPORTVS apud Cl. WOLFIUM in Cur. Philol. ad Math. XXVI, 1. festino hoc excipit epigrammate:

Α. κεφαλὴ κεφαῖος, α. πάχεων πάχα, περιεδῦμ;

Sic deriuantur ne κεφαλὴ τι πέπτω.

Theſ. eccl. sub Adorū c. 74. Et vero mirum est, Iudeos ipos græculis hisce deletatos esse ineptiis. Nam v. g. in Koheler Rabba f. 1. b. querunt de Ieremia: Quare vocatum est nomen eius Ieremias? respondentque: נָשָׂת יְהוָה שְׁבָרְמוֹ נָשָׂת יְהוָה quia in diebus eius facta est Hierosolyma egyptia, id est, vastata & solitaria. Quasi vero Ieremias græcus fuisset, & inter græcos greco insignitus degisset nomine. Alii contrario studio Gracum Nomen φίλαττος, quod equorum amorem sonat, interpretantur τοῦ λαπαδίου, quorum inane studium & obseverunt diligentiam reprehendit laudatus Cl. WOLFIUS, I. c. ad VIII. s. Porro non videmus, τι παθὼν Cl. IO. CLERICVS: ad Ex. II, 10. in explicatione Nominis Ιωσε, contra clarissimam faciem historie lucem, fecutus sit Philonem & Josephum, qui Aegyptio-

Plura exempla inchoato explicacionis nominum propriorum dabil Aug. Pfeiffer in Quinquagena locorum Abraicorum et Exoticorum

N. T. qua dubitis eis vexate subiuncta est.

Εὐαγγελίον τοῦ Αντόνιου τοῦ Αμβροσίου in Fabri Lex. ΛΝΩΝΑ Ex. 6, 25. Κυριακή Δει,

Hiller p. 302. Ματθεοῦ Rom. 16, 14-15. hybridum ex madine et ΝΑΜΙΝ, coll. Wolt. Yafet.

coll. Wolt. Silas ex οὐρανοῖς v. 22. Wolt. Nahammed a γῆν την coll. Wolt. Cor. ad Apoc. 9, 11.

In nominis propris. ^{vel Latine}
Grecis, scripsit quidam Hebreus di-
videns: ut ne cœquemur
græca scriptis interpretem intrare.

gyptiacum illud esse opinati, composuerunt ex Mæs aqua & iōnē
sernatus: cum tamen haud dubie de Mosis etymo ipsi Mosis, a
נָסַת extraxit id deriuanti, credendum sit; vt recte iudicat verum dicit.

M. HILLERS Onomast. S. p. 888. vbi & obiectionibus, que ^{time illud Kareritis Matth. X. 3.} contra Hebraicam etymologiam moueri solent, fatis facit. eae concipiunt scriptum Hebreis Addimus nomen Persicum ^{אֲרֹהַתְּשִׁׁתְּתָה Arbachschaschba}, ut pale quod Greci expri- quod ab Anglis To. VI. Bibl. Polyglott. in Interpr. Nomin. Propri. midur Xarxalos c. XV. 22. scilicet ponens; quasi esset constructum ex hebr. ^{אַרְךָ lux, שָׁמֶן seu שָׁמֵן} Xarxalos Art. VII. n. sed polig festinatio, & ^{אַרְךָ ponere} ponere; Redius rationes subducit HILLENSIS, sive vt Iohannes scripsit, RVS in Onom. S. p. 625. cum illud deriuat a persicis vocibus ^{לְלָטָה; quia Lyc. VI. 15. 4. Art.} ^{אַרְךָ magnus, שָׁמֶן ingens, & שָׁמֵן ignis, conf. AV.G.}

PFEIFFERI Criticam S. p. 127. Nec Iudei hoc stultitio no-
mine pretermittendi sunt, quod sepissime peregrina nomina
ad Hebraismum obtorto collo reducent, & in coacte etymo-
logiae equuleum imposita, misere dilacerant; eadem felicita-
te, qua Cl. HARDIVS communia vocabula hebreia, e.g. ^{אַרְךָ} canere a græco λύγεσθαι, ^{אַרְךָ} ethera a νοσήστας &c. &c.
deriuauit. Quid? quod inuentus est quidam GOROPIVS:
BECANVS, qui Nominum propriorum origines ex lingua Cim-
brica aut Bataua, felicissime atque facilissime, si Diis placet repe-
tisse sibi visus est; sed haec sunt, que dici solent a Comico::

Gerræ germanæ atque meri λῆγοι λῆγοι.

§. XII.

Ab ipsa originatione absit grammatica seueritas, vbi S. Scriptura admonet, non posse aliquod nomen ad terum a re propria in ordinarias etymologie regulas applicari. Sunt enim ^{enim} greci Grammaticis recens organo, quod vocali, plane non, aut non satis plene efficiunt intellecturi, nisi ipsi Scriptores Sacri, suppeditatis veris illarum etymologiis, faciem nobis prætulissent.

Omnino, nisi Eva, tum, cum primogenito filio nomen
Cain imponeret, subiecisset: ^{אָדָם Adquisit.}

C. 3.

Parvo mons ^{יְהֹוָה et יְהֹוָשָׁע} a Vulgato interprete Latino ufera, effterat Sion: unde
Dominicus Aacer in Argumentib. S. Scriptura Contradicitionibus, eius præfatio
Hierolexico subiectis, ad Deut. IV. 48. recte monuit, montem illum ^{Sion} cuius
illuc fit mentio, scribi per se in (anno potius per Sin) ad differentiam alie-
rius Sion, fuerit qualem est art. David, quæ scribitur per Psade. cf. Relandū
Palæ. lib. I. c. 49. p. 320.

Nominis Gaffi vero errant,
propria in auctor Aelstros in
organis, quod vocali,
dum de B. Maria
virgine loquens, ad nomen
vique refert illud suum:
אָדָם: οὐδὲν Π. Μ. οὐ
λέγοι: ut refert lab. su.
obstus Lex. Aelst. cat. 65.

In etymologica ratione illoru^m si, seu habeo virum Dominum, Gen. IV, 1. censuram non merebentur Eucherius, Hieronymus aliique, qui id lamentationem ex themate πεντηκοπία lamentari sunt interpretati, cum tamen placuisse scriptores sacri explicare ipsi om̄is erant, analogia similitudinē Nomina nucare posset.

vt. Gen. 30, 21. coll.

v. 6. תְּנִינֵי אֶלְעָזָר

תְּנִינֵי אֶלְעָזָר קְרַחַת שָׁמָן

38, 5. coll. 1 Sam. 1, 17, 20.

Vocantur ipsiusmodi nomina

Grecis Συλλεκτικούς τεχνά.

ne contrarius in puerpera affectus exstiterit. Licet igitur dubium non esse possit, hanc vocem non lamentationem, sed acquisitionem, seu acquisitionem, grāce Κτησίαν seu επικτήτην signare, tamen (quod miramur) doctissimus quoque i. a. c. GVSSETIVS Comm. L. H. p. 740. priorem illam interpretationem posteriori praeulit; sola (vt videatur) nominis forma inducitus, quam ad thema קְרַחַת referri posse desperauit. Neminem vero, nisi plane ἀνθρώποι fugit, iespius inter verba *Lamed He, & Ajin Vau*, fidam esse societatem, & amicissimam conspirationem; vt inter בָּהָה & בָּוֹם & רָמָה & בָּוֹה: quomodo etiam קְרַחַת, quod eiusdem cum formæ est, rectius a קְרַחַת absidit, quam a קְרַחַת *affectus est*, deriuabitur. Quis porro citra maximæ temeritatis suspicionem ausurus fuisse, nomen אֶבְרָהָם Abraham explicare אֶבְרָהָם pater multitudinis gentium, nisi ipse filius Dei, cui est לשׂן למרין lingua doctorum, id ita exposuisset, Gen. XVII, 5. denique יַהֲבֵץ Iahbetz, cuius mentio fit i. Par. IV, 9. dolorificum monstrare, vix cum certitudine vel oculatissimus auguratus fuisset, si careremus explicatione, quam mater subiecit: כִּי רִלְתִּי בַּעֲצָב quoniam peperi (illum) *cum dolore*. Est igitur eadem cognatio inter עַבְדָּךְ & גָּדוֹר & עַצְבָּה amp̄iauit, & קְרַחַת secuit. Quod vero adhuc superfunt nomina sacra, quorum vera etymologia occulta latet? Quam ob rem rete notar Aben Esra ad nomen Ex. VI, 22. פָּטוֹאָל לא וְעַנְנָן כִּשְׁר לְאָהָרָן וְלְעַמְנָן טָעַט לְמִשְׁאָל וְכַל שָׁמָן הַנְּכָרָה כְּתָב אַחֲרָן וְלוֹיָן נְכָבָב מַעַשׂ מֹשֶׁה לְאָהָרָן וְעַנְנָן לְמִחְנָקָר Non nouimus quid significet Putiel, quem admodum etiam ignoramus sensum nominis Mijael & omnium nominum memoratorum, vi & Abaronis; & nisi prodita essent que de Mose adas sunt, ignoraremus cur ita appellatus sit? Vnde conficitur, in

ex-

אל תבקש טעם כל השמות אם לא כתבת
Hinc & supra Comm. ad Gen. x, 8 de nomine Nimrod:
Ne queras rationem si etymologiam omnium promiscue nominum propriorum, (i) scripta non sit in sacris libris.

SACRORVM NATVRA ET ORIGINATIONE. 23

explicandis nominibus propriis, ac difficilioribus in primis, vbi Spiritum Sipsum ducem non habemus, debere nos modestos esse, nec nimium dogmaticos.

§. XIII. ut ipso p[ro]p[ter]e i[st]o. Taliudicet quod R[ec]oncilia exponit.

Quod vero dissimulandum nostra est, quorundam nominum propriorum explicationes, quas S. Scriptores subministrant, rem potius & sensum, quam verba & literas spectant; ideoque non grammaticæ sunt, sed hermeneutice.

I. g. *Noach*, quietem, & metonymice auctorem vel *cauſam* quietis designat, qui moestorum & laborantium animum faciat acquiescere, a נָחַת quietere; at Pater, vim nominis declaraturus: *Hic*, inquit, יְנַחֲמֵד consolabitur nos, Gen. V, 29.

Quibus verbis non hoc innuere voluit, vocem נָחַת esse deriuandam, sed talen fore filium παράδηλον, cuius blando solamine, anxii ac perturbati ob maledictionem animi, requiescerent ac refocillarentur, vid. laudatum ven. *Praefidus Dif- fessor*. §. XVI. Sic quando Moses filio a. Tsippora in lucem edito, nomen ponit נָשָׁר. *Gershom*, sub ratione, נָשָׁר exul fui in terra peregrina Ex. II, 22. non sequitur, vocabulum esse conflatum ex נָשָׁר peregrinus & נָשָׁר ibi: Hoc enim pacto non נָשָׁר, sed נָשָׁר scribendum fuisset; & tamen ne sic quidem commodum fuisset nomen, quia, cum ipsa exili terra id filio indidit, non dicere potuisse, peregrinus ibi fui, sed hic, tamquam in loco praesente. Potius igitur a נָשָׁר expulit repetendum est, & cum Mem adformatio expulsionem & exilium signat: unde etiam cum Nun, loco Mem, scriptum appetet, coll. Gen. XLVII, ii. cum Num. XXVI, 17. Accedit nomen שְׁמֹאֵל Samuel, ab Hanna matre filio impostum, subiunctiōne, בֶּן בִּיהוּה שְׁמֹאֵל quia a domino petiti illū, 1 Sam. I, 20. Propterea vero, non illud coailuit ex: נָשָׁר, & שְׁמֹאֵל, petitus coram Deo, vt M. HILLERVS Onom. S. p. 418. difficultime explicat, sed idem est ac שְׁמֹאֵל qui est a Deo.

בְּמִרְבָּה Reg. 9, 13. שְׁמַע תְּרוּמָה Gen. 12, 2. וְצַדְקָה לְשָׂרָפָה Quorundam explicatio[nes] in Sacra Scriptura sunt magis reales quam verbales.

בְּבָבֵת הַקְּטוּרָת שִׁישׁ בְּזָרָר בְּזָרָר בְּשָׁעֵם רְשָׁבָת Gen. 13, 3. אֶרְצָה הַגְּדוּלָה

T quoniam LXX ἡγεμόνι ex proferunt l.c. et c. 19, 3.

Deo, scil. Ἰησοῦ petitus. Quæ confuetudo Nomina propria non quoad verba, sed sensum explicandi, perquam familiaris est etiam auctòribus exoticis. Ita Suetonius in Caligula, huius appellationis originem indicaturus: *Cognomen Caligulae castrorum ioco traxit, quia manipulari habitu inter milites educabatur.* Eodem modo Aenobarborum gentis natales refert, in Neronе subinitium. Et Homerus Odyss. 2. v. 6. 7. de Iro paupere decantato, cui Arno ante nomen fuerat:

Ἴων δὲ νέοι κύκλωποι ἀπάντες
Οὐεν' ἀπαγγέλλεσθε μιών τοις καὶ τοῖς οὐρανοῖς

Irum vero iuuenes vocabant omnes,

Quoniam nuntia deferebat profectus quando aliquis inbebat. cum tamen non ab ἀπαγγέλλειν sed ἢγειρ appellatio illi habet.

§. XIV.

Quedam
pro diuersis
respectibus
diuersimode
deriuantur.

Eadem Nomina 1) ex diuersis eth.
mologijs inscripta, 2) ex diuersis
occasionalibus cauiffis, & 3)
diuersis temporibus rarauita.

Sunt quedam Nomina propria, quæ pro diuersis respectibus, diuersas patientur originations, sive ex toto, sive ex parte, ita tamen, ut utræque amice inter se convenient, & ab imponentibus sensu fœcundo atque cumulatiuo, coniuncte & copulatae esse videantur.

E. g. בָּר שְׁבַע Beeršabe, recte exponitur quidem putes iuramenti; נִשְׁבֹּע שְׁנָה Nishbou Shnayah quodlibi iurauerunt ambo illi, Abimelech & Abraham, Gen. XXI, 31. Nec vero vim vocabulo feceris, si id vertas, putes septem, scil. ouium, quod Abraham, inter cetera dona, etiam septem oves, feorū collocatas, regi obtulit, & huic, caußam scititanti, respondit: *septem oves accipies e manu mea, propterea, ut sit mihi documentum, quod foderim hunc putum, v. 28. 29. 30.* Veteres enim, ut iurisurandi maior esset solemnitas & sanctior religio, certa quedam symbola ad hunc actum afferre, eaque septena adhibere nonnumquam solebant, & a septenis his symbolis, ipse actus iurandi vocatur נִשְׁבֹּע, q. d. *septenis obligari symbolis*: quemadmodum contra Pythagoræos, per quaternionem,

Tunc idem bone ubi *Vasco ile*
nun nominatus הַיְצָאֵת, *nume*,
vali nomine, quod *septenarius*
valens, e. *xxxvi*, 33. *תְּמִימָן*,
l' Idee filium, 2) *videlicet Dominus*,
Gen. xxxix, 32.

4

Sic et propter illius הַלְּגָם שָׁאֵל בְּכִירָה, diuerso tempore iuuentis origo existit, 1) cum id primum orium, 2) cum id renovatum est Ian. X, 12. e. XIX, 24.

quem numerum ad integratrem animæ spectare crediderunt, iurauisse refert ALEXANDER AB ALEXANDRO G.D.L.V. c. 20. Symbolorum autem septenorum non obscura apud profanos exstant vestigia; vt quum HERODOTVS in Thalia L. VIII. Arabum foedera describens, *septem lapides sanguine tintos* allegat; & HOMERVVS Iliad. T. V. 243. Agamemnonem Achilli iusjurandum præstament inducens, memorat *septem tripodas* dono illi mississe. Sed ad sacra, quæ nos præcipue iam spectamus, reuertendum est. Rachela, filium nuncupans *Ιωσηφον*, Gen. XXXI. 24. duplice videtur etymologiam in animo habuisse; alteram ab *אֶתְבּוֹלִית*, & hinc v. 23. *אַסְפָּטִי*, *אַתְּ-הַרְפָּתִי* addidit, & propterea optat v. 24. *יְסוּדָה* *לֵי בֶן אַחֲרָה* addat mihi Deus filium alterum: quas deriuaciones contrarias ingeniosa muliercula, admirabili quodam acuminè & vinculo suauissimo connexuit. *Ἐγενόμητο* cognominatus est 1) a reverberatione corporis, ut probabile, coll. Gen. XXVI. 25. *וְאַתָּה כָּנָעָן אֶלְעָזָר*; 2) a reverberatione pulmenti lenitius, in quo o nimis ad-

Diverso tempore idem loco vel persone Nonne imponit. *v. Beerabe ab Abraham Gen. XXI. 31. 33. et Isaac c. XXVII.* 33. Unde c. XXVII. 18. de fontibus ab Isaac refossis, *וְיָקְרָבְנָה* *בְּרָאָה* *בְּרָאָה* *בְּרָאָה* *בְּרָאָה*. Jacobus Israelis domen offi- nis sum, cum ex Mesopotamia in Canaanam reverberab, in illo tre haeret, Gen. XXXIII. 20. itorum agri in Canaanam iam est reverberat c. XXXV. 10. a reverberatione corporis, ut pro- sectio latius erat v. 30.

SECTIO II.

DE

SUBIECTORVM AGNOMINIBVS, POLYONY-
MIA, HOMONYMIA, ET NOMINVM
METAPLASMIS.

§. XV.

Postquam Nominum propriorum variam rationem & conuersiōnē, prærogatiā quā in versionib⁹ propriis, Textus obtinent, & denique etymologiam perspīximus; ad diuisionē eorū progredimur, quam duobus absoluiimus vocabulī. Sunt enim aut *שְׁמָה* & *NOMINA*, aut *כְּנִיּוֹת AGNOMINA*, eaque & locis & personis communia.

D

LO.

4. 14. *et nullo magis tempore Noës Deut. 34. 11.* renouatum in noua die ea dicitur. *1. Reg. 16. 24. coll. 2. Reg. 23. 18. Item Mart. 3. 16. επέβησε τὸ Σιρους ὁ Ῥηχαὶ Θεῖος.* E. cognomen hoc falle in trisyllabis viceib⁹ obtinuit.

100. Sic Bethel vocata ab Iacob⁹, rum ex Palaestina in Mesopotamiam tendens, Gen. XXVIII. 13. i.e. rurag⁹ quā in de in Palaestinam Nominum effet reverberus c. XXXV. 15. Toem potius ac diuīcio. *εἰδίζησεν δὲ Δαν* *καὶ οὐδὲν κογνόντα* nominis iam

εὗλος tempore Abrahami Gen.

1. Reg. 16. 24. coll. 2. Reg. 23. 18. Item Mart. 3. 16. επέβησε τὸ Σιρους ὁ Ῥηχαὶ Θεῖος.

LOCIS præter nomina consueta, etiam agnominia quædam hæserunt, plerumque quidem a domino & possessore, vt Chesbon vocatur *vrbs Sichonis* Num. XXI, 27. 28. Assyria, terra Nimrodi Mich. V, 5. Aegyptus, terra Chami Ps. CV, 23. 27. Arx Zionis, *vrbs Davidis* 2 Sam. V, 7. Nonnunquam tamen ab illuftri quadam persona, quæ ibi habuit aut elegit patriam: e. g. Bethlehem cognominatur *vrbs Davidis* Luc. II, 4. quod scilicet in ea natus & educatus esset; Charan, *vrbs Nachoris* Gen. XXIV, 10. coll. c.XI, 31. Capernaum, *vrbs Christi* Mat. IX, 1. coll. c.IV, 13. Nec non ab aliis nobilibus circumstantiis. quomodo Iericho, ab uberrimo palmarum prouentu, audit *vrbs palmarum* Deut. XXXIV, 3. Hierosolyma a templo, quod continebat, *vrbs sancta* Dan. IX, 24. Matth. Amos. 6, 5. Arnon 7, 10. Nolu 2 XXVII, 53. Frequentiores ἐπωνύμεις in PERSONIS inuenias, qua voce generali h. l. quidem cognomina & agnominia intelligimus. Non enim licet Nomina sacra ad Romanorum appellations in omnibus accommodare. Sed de cognominibus iam sumus acturi.

§. XVI.

**Cognomina
vnde tracta
sunt.** Plurima sunt, quæ cognominibus personis adiiciens locum fecerunt & occasionem, ex quibus præcipua & illustriora, quantum fieri potest, brevibus recensebimus.

LIBERI COGNOMINANTVR A PATRIBVS, quod ita est frequens, vt exempla non desiderentur; A MATERIBVS VERO rarius, vt cum vxor Esau Oholibama vocatur *filia Ane*, non viri, sed mulieris, vtpote quæ *nata* erat *Tsibonis* Gen. XXXVI, 2. Vxor Hadaris Mehetabel cognominatur, *filia*, non *Matriedi*, sed *Matripede*, vtpote *filie Mezahab*, ibid. v. 39. Sic Ioab, Asael, Abifai, vocantur *fili Tseruie*, sororis Davidis, 2 Sam. II, 18. coll. 1 Par. II, 16. Interdum AD AVIS: vt Zacharias Propheta cognominatur *filius Iddonis Efr.* V, 1. qui tamen Patre Barachia, Iddonis filio, erat natus Zachar. I, 1. Fratres sororesque nonnunquam a fratribus illufrioribus, vt Andreas, cui plerumque a Simone solet addi cognomen, e. c. Io. VI, 8. Rebec-

ca,
Ob vñones prægnantes aliquas.
Do PATÆS a filijs deno
do PATÆS a filijs deno
minas i ut Chamus נַחַם Gen. IX, 18. Chamorus כָּרְמֵל Gen. XXXIV, 2. 19.

ca, quæ s̄oror Labani Gen. XXV, 20. & Elischaba, quæ s̄oror Nahassonis Ex. VI, 23, cognominatur.

Porro POSTERIA CONDITORIBVS FAMILIARVM. Hinc filii Israeli, Levite, Amalecine, Edomite, cetera & hacratione cum Iosephus, sponsus Mariae, Mat. I, 20. tum ipse Seruator (quoniam hic per eminentiam) appellatur filius Davidis, Matth. XII, 23. c. XXII, 4.

ADOPTATI AB ADOPTANTIBVS. Quemadmodum adoptius in adoptatoris gentem & hereditatem, sic etiam in eiusdem nomen transiit; arrogatione ipsius naturæ veritatem imitante. Illustris est adoptatio Manassis & Ephraimi, in for-

tem felicissimam Patriarcharum Iacobidarum, Gen. XLVIII, 5. 6. vbi Iacobus morti vicinus Iosepho, Duo filii tui, inquit, qui tibi in Aegypto nati sunt, priusquam veni ad te in Aegyptum, mei erunt; sicut Ruben & Simeon erunt mei: soboles vero tua, quos genervis post illos, tui erunt; de nomine fratrum suorum vocabuntur in hereditate eorum. Hinc PLINIVS Ep. L.VIII, 18. in nomen assūmere dixit, pro adoptare. Verum etiam Moses h. l. commemorandus nobis est, qui, cum adoptatus esset a principe femina, filia Pharaonis Exod. II, 10. aspernatus est excelsissimo animo, vocari filius natus Pharaonis Hebr. XI, 24. Hoe sensu Iudei, quorum erat iudea Rom. IX, 4. vocantur filii Dei Deut. XIV, 1. conf. c. XXVIII, 10. Et in N. T. Christiani, qui adoptionem accepserunt Gal. IV, 5. 6.

FILII PRIMOGENITI, EX LEVIRATV SVSCEPTI, A DEFVNCTIS NATURALIVM PATRV M SVORVM FRATRIBVS, in quorum hereditatem ac bona succedebant, adpellabantur. Hinc Onan profligatissimus homo, iussus a patre suo Iuda, ducta leuira, defuncto fratri sobolem procreare Gen. XXXVIII, 8. cum nouiss̄er, non suam fore sobolem iſlam, nefando scelere, femen in coitu cum leuira malitiose profudit v. 9. & Deut. XXV, 6. expresa lege diuina cautum est, vt primogenitus, quem leuira fratri defuncti mariti pepererit, s̄er super nomine fratribus defuncti, hoc est, filius eius adpelletur; vt ne deleatur nomen eius ex Israele. Quæ obseruatio utilis est ad tollendam dif-

D 2 fcul-

Erat hebreus quæ dicendum de Nominibus proprijs symboli-
cis, integrā propositionem

involventib⁹; qualia sunt

Gen. 33, 20. יְהִי אֶל־לְבָדָקֵנִי וְאַתָּה־אֶל־לְבָדְךָ

c. 22, 14. וְאַתָּה־כִּי־אַתָּה־כִּי? Exod. 17,

15. לְבָדָךְ יְהִי אֶל־לְבָדְךָ Isa. 8, 3.

Gen. 35, 7. וְאַתָּה־אֶל־לְבָדְךָ, 48, 35. וְאַתָּה־אֶל־לְבָדְךָ

Exod. 17, 15. וְאַתָּה־אֶל־לְבָדְךָ

ficultatem illam, quando Zorobabel, qui Hagg. I, 1, Schealthielis
elis, idem contra Par. III, 17-19. Schealthielis fratri Pedaie filius
attribuitur. Nempe Pedaia Zorobabelis pater naturalis,
Schealthiel vero legalis tantummodo seu ciuilis pater exstitit.
Quomodo & IAC. GVSSETIVS in Confut. libri Chizzak E-
muna P. II, c. 1, difficultatem illam, quæ ex varietate genea-
logiæ Christi, apud Matthæum & Lucam exsurgit, pariter ex
leuitatis legibus resoluta; ita ut Iosephus pater Seruatoris nostræ,
natura quidem fuerit filius Iacobi, e Salomonis ramo; sed inter-
im quoque filius Heliæ, e Nathanis ramo, nempe vi Legis, quæ e-
ius Iesu esse censetur ac reputatur. Cuivis rei vberiorem de-
clarationem vide apud laudatum auctorem.

VXORES A MARITIS, vt apud Romanos Caia a Caio
denominabatur. Hinc apud Esaiam c. IV, 1, septem mulie-
res, vnum complexæ virum, misere clamant: Panem nostrum
comedemus, & vestibus nostris indumentur, tantum vocetur nomen
vuum super nos.

MVLTI A PATRIA COGNOMINANTVR: ex quibus iam
Magdalenam & Iscariotem producemus, quæ cognomina per-
uerse solent explicari. Prius enim felici quodam suo fato, in
nominis dignitate exignorantia est euectum, cum nihil si-
gnificet aliud, quam feminam ex Magdala oriundam, vt Gada-
renus est homo regionis Gadara; qua nota, Maria illa, ex qua
Seruator septem elecit dæmonas, a ceteris Mariis distinguitur.
conf. Luc. VIII, 2. Posterioris Iudeæ proditori proprium est,
quod scelus, licet vix dignum sit, in cuius agnomen inquiratur,
genuina tamen eius originatio est indicanda. B. LVTHER-
VS, qui id reddere solet, Judas Ischarioth, pro cognomine
quidem, sed non gentili habuisse viderur. Plane vero FRANC-
IUVNIUS audiendus non est, qui a קְרֵזָה clausit illud deriuat;
vultque dici ab eo, quod mansupium clauerit, aut, per inau-
ditam prolepsin, quod fauces sibi clauerit. Sed sine dubio
a patria proditor nomen habet: nec tamen ab vrbe Ke-
rioth, vt sit קְרֵזָה שָׁׂמַח vir Keriothenis, quod placet pluri-
mis.

mis: (Sic enim non per τ, sed per θ scriptum esse oporteret, pro more Graecorum, qui Θαῦ Hebraicum per suum Theta exprimere solent: & mira præterea esset translatio, ex duabus vocibus, quarum altera communis est, facere unam propriam) sed potius ab obscuro Galilæo vico aut pago Iſcar; unde Ἰσαριών signat Iſcariensem, ut Ησαριών, Ησακλεωτης, Επι-rotam, Heracliensem.

A MAGISTRIS ET DOCTORIBVS DISCIPVLIS cognomina sibi esse voluerunt, vnde apud Senecam *nomen ferre alius*, est inter sectatores cuiusdam esse. Sic *Sadducei*, nobiles inter Iudeos heretici, a *Sadoco*, quem sequebantur, επίνεκον traxerunt. Discipuli enim magistrorum ex imitatione censerunt filii, & sic recte patrum eos venerantur nomine, ut *Elisa* *Eliam* ad fidem tendentem 2 Reg. II, 12. Et ib. v. 15. *Prophetarum dicuntur* filii, qui scholas eorum frequentabant. conf i Tim. I, 2. vbi & Paulus *Timothœum γνῶσον τέλον*, seu *genuinum* vocat *filiūm*. Inuidiose vero G. PASOR in Lex. N. T. ad vocem βασιλεὺς horrendum Idololatrarum nomen in eos detonat, *qui ab ecclesia Doctoribus, quantumvis excellentissimi se denominant*. Nam, vt recte prædicat Iustinus Martyr Ap. II. *Ex nomine ipso certe neque laus cuiquam, neque pona recte debetur, nisi quid vel per virtutem, vel per prauitatem factum ab eo probari possit*.

MILITES AB IMPERATORIBVS clarissimis cognomini confueuerunt. Hinc legas memoratos viros Daudis, Ioabi, Abneri: quos, vbi hebreæ phrasis latine vertenda sit, recte vocaueris, Daudianos, Ioabianos, Abnerianos; ut Cæsariani, Pompeiani, cetera. Quam ob caußam apud Romanos, qui lecti erant ad militiam, *in nomen Imperatoris turabant*, vt testantur historiae Romanae scriptores. Nomen Christianorum sanctissimum, ad hæc duo, que iam attulimus, momenta commodissime referemus. Cognominantur enim a Christo, quatenus excellit, & MAGISTER a cælo delatus, & IMPERATOR felicissimus. *Vnus est, inquit ipse, magister vester, Christus* Matth. XXIII, 8. & *qui est doctor scit ille?* Iob. XXXV, 22.

Idem claret *Dix exercitus Ieboua* Iof. V, 14. & *princeps vita* A&t. III, 15. in cuius nomen homines, sanctissimo baptisimi sacramento se obstringunt, sub quo militant, premia & donari referunt, victores euadunt, & tandem triumphant. Quam ob rem **GREGORIVS NYSSENVS** de Perfect. Christ. tantum cognomen merito vocat, κονωνίαν Τεμεγίσκαι Θεοτάγης και πρώτης ἐνομάζειν, communicationem maximis, diuinissimis, & excellentissimi nominis; quod ut ipsa vita exprimamus, quam elaborandum sit, egregie ibidem differit.

Iacobus
Denique EX ALIIS NOTIS ILLVSTRBVS, cognomina hominibus haferunt. e. g. Simon cognominatus *Cananites*, h.e. Σιλωνίτης, coll. Math.X, 4. Luc. VI, 15. a pio, quo pectus eius ardebat, feruore; Ioannes, auctor Apocalypseos, Θεόλογος, quod prae ceteris Apostolis, solidissime existentiam & naturam της λόγου demonstrasset, quo cognomento, eandem ob caussam, inter Patres *Gregorius Nazianzenus* fuit honestatus. Ioannes & Iacobus ab ipso Seruatore cognominantur βανεζεγις Marc. III, 17. h.e. שָׁבֵן הַרְגָּזֶל filii tonitru, fulmina, vt exponit in HILLERV: siue quod in militia Domini, instar fulminis hostes percelerent, quo sensu Scipiones a Marone duo fulmina belli vocantur; siue quod vox eorum tantæ futura esset efficacie, vt velut fulmen in cordibus esse videretur. conf. Pf. XXIX. 3. Sic profani Oratoribus potentissimis fulmen orationis tribuunt; Cic. fam. IX, 21. & *Aristophan. in Acharnens.* de Pericle

Ἵπσαπτ' ἐξόντα ξυνίκα την Ἑλλάδα
Fulgurabat, tonabat, commouebat Greciam

Hæc de ipsis cognominibus sufficient. Pauca de eorum vsu sunt adiicienda. Qui hic est præcipue, vt homines, qui idem ferunt nomen, his signis diacriticis a se inuicem dignoscantur. sicut in illis, qua Deo ipso, & ab Seruatore nostro optimo sunt imposita, lubentes mysterium admittamus, vt in Boanerges, quod iam adduximus, & Petro imprimis). Sic e. c. *Iacobus* cognomento *Zebedei filius*, distinguitur a *Iacobo Alphæi* Matth. IV, 21. Marc. III, 18, qui etiam minor & frater *Christi* audit c.XV, 40. Gal. I,

19. 31-

19. *Simon, Ione filius* Io. XXI, 15. vocatur, opposite ad *Zelotem* Luc. VI, 15. & alium quandam eodem nomine, infelicem proditoris genitorem Io. XII, 4. *Iudas, Iacobi frater*, Iudee v. 1. qui *Lebæus & Thaddeus cognominatur*, sollicite a Spiritu sancto se-
inguntur, a *Iuda Iscariote*, quum *xar ἄγω* describitur, § 2. &
Ιουακώντις Ioann. XIV, 22. Sic *Maria Magdalena* tum a
Θεοτόκῳ, tum a *sorore Marthæ* Io. XI, 5. *Cleope uxore* c. XIX,
25. que & *Iacobi minoris mater* Luc. XXIV, 10. & *Ioannis Marci matre* Act. XII, 12. discernuntur. Quam confutetudinem,
cognomina addendi hominibus, etiam profani bona no[n]
scriptores, & in his præcipue **LAERTIVS** in *Vit. Philos.* ob-
seruat. Hinc senex apud *Plaut. in Trin. IV. v. 74.*

At enim multi Lesbonici sunt hic, nisi nomen patris

Dices, non monstrare possum illos homines, quos tu queris.
Denique, non raro in facris cognomina nuda sine nominibus
occurunt: quod fieri solet, aut per compendium, ut *filia Schae*
Gen. XXXVIII, 12. filius Chur i Reg. IV, 8. 11. 12. Thaddeus Marc. III, 18. aut per contemptum, quod infra trademus
explicatius.

§. XVII.

Quemadmodum plura cognomina personis in sacra scriptura assignari iam vidimus; sic porro prætermittendum non est, iisdem nonnunquam plura fuisse Nomina. Quæ probe tenenda sunt, ne audacior critica, in Genealogiis in primis, sanctissima monumenta corruptionis temere insimulet.

Negari nequit, PERSONAS varias in S. literis memorari πολλωνιμες, & propterea R. D. KIMCHI ad i Par. VI, 44. hanc vocat **בְּמִזְמָרָה** consuetudinem scriptorum diuinorum, ut modo hoc, modo altero *eas vocent nomine*. Sic e.g. *Esaio* etiam *Edomo* nomena sunt Gen. XXXVI. 1. *Salomo*, *Iedidia* 2 Sam. XIII, 25. idemque *Lemuel* Prou. XXXI, 1. & *Cobeleth* Coh. I, 1. de quibus posteriores appellatio[n]ibus conf. Not. Vber, Hallens, l.c. *Simson*,

In primis solent personis quidem
diuersa dari nomina, quo-
rum alia communia, alia
personalia sunt. **אָבִים**
מְלֹאָה 1. qui **אֲבִי** Sam.
21. 13. 14. **מְלֹאָה** utrius filia.
rum Sculi commune, adeo
ut Menascha quod competit,
minori h. filiarum ad proprium
alium. 2 Sam. B. 23. c. 21. 8.

ex plurimorum Rabbinorum sententia, *Bedan* i Sam. XII, ii.
Ita quoque Esaui coniuges variis veniunt nominibus. Quæ
enim Gen. XXVI, 34. *Iuditha*, eadem c. XXXVI, 2. *Obolita-
bama*, & quæ in priori loco *Basmatha*, eadem in posterio-
ri *Ada*; denique quæ c. XXVII, 9. *Machalaba*, eadem c.

Bem in filii Daudis ex p[ro]p[ter]is XXXVI, 3. Basemath[us] appellatur. Chileah, Daudis ex Abigai-
le filius, 2 Sam. III, 3. Daniel nuncupatur i Par. III, 1. Hec ve-
l[er] Sam. 5, 15, qui y[et] u[er]o Par. 6, 10, nisi in enodandis Genealogiis, que per se difficultiam ha-
Thaddaeus Mar. 3, 18, inq. Leb[an]on tractationem, probe attendantur, in spinas densissimas
et Iudeas Matt[heus] 10, 3. Luc. 6, 16. Ne ipse induet incautus interpres; sed hoc argumentum, &
dissertationis nostræ excedit circulos, & alia, quam quidem
Item Lewis f. Ap[osto]li Mar. 2, 14, nobis sunt, ingenii & doctrinæ præsidia requirit. Quam ob-
Luc. 5, 27, qui Matthæus Matt. 9, 9, rem tantum addimus, in πολιωνυμίᾳ, loca plurima perso-
nas amulari. E. g. Hierosolyma appellata fuit Iebus Iud. XIX,
Chobab 1, 9, lectio Num. 10, 29. Iebu. 10, 29. 10. II. 1 Par. XI, 4, 5. ab incolis forsitan prisca ac possessioribus Ie-
busitis Ios. XVIII, 28. Vnde, si qua locorum propria nomina
vel aquiuoca, vel scriptorum facrorum aucto minus nota fuer-
unt, ea vel discriminis causa, vel generatim perspicuitatis er-
go, per synonyma declarantur: vt cum Iudaica illa Betlehem
etiam Ephraita vocatur Mich. V, 1. ne confundatur cum altera,
vel distinguatur ab Isacharen.
si 1 Par. 6, 57. et Iudaica Mamre, eiusus priscum synonymum Kiriat-Haarbab, re-
lo. 15, 23. 22 q[uod] 29. 47, 19. recentius quoque & Mosaico aucto visitatus Hebron Gen.
XXXV, 27. adiicitur. Quomodo Byzantium, quod, si Plinio
credendum, Ligos ante audiuerat, post Constantinopolis & No-
ua Roma vocatum est, hodie Sambol, quod ex illo contradictum,
appellatur. Nomina enim urbium & regionum, mirum in
modum, pro euentuum illustrium varietate, Reipublicæ con-
uersione, & incolarum permutatione, variant & immutantur.
vide exemplum Num. XXXII, 42.

§. XVIII.

πολυωνυμίας subiectorum caute obseruandam, excipiat notabilis eorum ὄμωνυμία. Sunt enim propria nomina multa æquinocta, quæ diuersis rebus, sexibus, & personis, communī iure conuenient. Cf. *Rota burenhuson* At
in *Katalogus* *Acta Academica* *U. U.*

10) ἐπαγγέλτος Φηλ 1, 2, 25. et ἐπαγγέλτος 10, 17. 11) Lucas 10, 11-14. Tunc dux Sauli filio. Nicholaus v. 8.
2 Tim. 4, 11. et Lucus Rom. 10, 21. 12) Hiel et Vihel Pro. 30, 1. quare altera nomen Herni dictum.
coll. Hiller, p. 268. 860. 13) Iecharios Malte, 1, 11. et 17, 1. Par. 14) Eliphalethius
3, 15. coll. Hiller, p. 532. 15) Danaus prophete et Sipparates filius Jasitius 1 Par. 3, 6. 8. duo
filii. POLYONYM. HOMONYM. ET NOMIN. METAPLASMIS. 16) Saint, Marcus et oscheleus. Goliath = Sam. 23, 19. quorum
nomen, coll. Phe. Ad ea, que s. praeceps de variis Simonibus, Mariis, Iulianis,
que attigimus, hic locus iam postulat, ut plura addamus. Sic alter alias Lachmii dicitur. Alii
e. g. Cainus & filio, & vrbi a se conditae, idem Chanoch fecit
nomen, Gen. IV, 12. quo etiam insignitus fuit Septimus ab A-
dam Patriarcha, beata avanties illustris c. V, 18. Anno mulie-
bre nomen est soecus Esau Gen. XXXVI, 20. (vbi minus re-
ste, B. LVTH. des Una) idem vero & virile, tum fratri Tsi-
beonis, v. 20. tum filii eiusdem, v. 24. Obolibama item, quod
sequitur sexus vocabulum est v. 2. tribuitur viro principi Idum-
aeorum v. 41. Thimna feminum est v. 12. & 22. masculinum
vero v. 40. Grecis etiam plurima propria esse vocabula,
trique sexui communia, ostendit IAC. GRONOV. Thef. A.
G. III. cc. ad tabulam Pythodoris. In sacris vero monumentis
notamus, Ebraeos nonnunquam patris, frequentiusque maio-
rum illustrium nomina, filiis imposuisse, ut felicem eorum
memoriam renouarent: & hinc est, quod eadem nomina,
in iisdem familiis, sepius frequentata. Necessarii Elisabethae
filium circumcisum vocabant ex nomine patris Zachariam,
quod LIGHTFOOTVS in Horis Hebr. ad h. l. dicit rurum esse
exemplum, cui vix par in S. S. inueniuntur; reclamante autem
puerpera, & Ioannis nomen substituente, illi mirati, Nemo,
huius in familia Tua est, qui isto vocetur nomine, Luc. I, 39, 61.
Sic in gente Kahathitarum quatuor commemorantur Elkana, Tzeloba, Zacobi, vng Lebedei,
in Par VI, 8, 10. II, 12. in Aharonis vero stirpe tres Azarie c. V, 35, 39. Amarie duo, totidemque Achiribus 34, 37. ac denique
duo T'sadociv. 34, 38. Cuius rei exempla multo plura possent ad-
duciri, excutere omnes genealogias & vacaret, & necesse esset
Potius brevibus videamus quam crassis erroribus Homonymo-
rum confusis fenestram patescerit. Primum turpitudinis
causa nominamus MUHAMMED, cuius confusum ingenii-
um vt miscuit omnia, sic secundissimo parachronismo Mariam,
Abaronus sororem, eandem cum Maire Christi fecit, in Corano, c.
IX, 16. Sic R. SALOM. ISACIDES atque ABARABANEL, &
ceccitate & malitia abrupti, vt Idumeorum familia incestorum
matrimoniorum infamiam inurerent, Thimnam pellicem Eli-
ne nepos = Sam. 21, 7. alibi ex "Exempla errorum sunt 1) P'yan, coll. not. ad 1 Sam. 29, 1. 2) P'yan coll. not. ad Hillerum in
Onom. sub Elihan p. 805. et nepotes Ponotatis. ad P. 84, 1. et 89, 1. 3) P'yan coll. not. 2 Sam. 21,
19. 4) P'yan 1 Reg. 4, 2. coll. ibi not. 5) P'yan 1 Reg. 18, 2. coll. ibid. 25, 1, et Cler.
ex Iesoph. 6) Act. 15, 14. Exquisit acer Wolfson in Scriptis ad 1. c. Zeloba, cum Iliphine
Bacchus, coll. not. 7) Bethlehem Iud. 12, 8, 10. Iudea postius quoniam Zablonida. 8) Vrias sa-
cepentes ei Isacharias fil. Banachia Ifa. 8, 2. non illi de equisq. lev. 26, 20. 199, 2. Par. 24, 26. 199. hec
33, 7, 46, 1, 1. 9) Chesma Num. 21, 2-3. et Iud. 1, 17. coll. A. 59, 2a 2) Num 21.

Perpetuum Homonymia in propriis nominibus queruntur. 1) Evangelio, nescio quis zelata,
Sic Petrus, 2) Gospelio, vix ex LXX Coll. apostoli, cum sit Apostolus, coll. tum hec tum illud.
3) Lucas Medicus Col. 4, 14. et Paulus comes s. Euangelista = Tim. 4, 11. 4) Theologia, una fidei & altera
seruidis, coll. Lipp de Vaticano Amphi. 5) Scriptura, coll. Lipp de Vaticano Amphi. 6) Scriptura, coll.
34 SECT. II. DE SUBJECTORVM AGNOMINIBVS

6) Iohannes, Apostolus scriptor phasi Gen. XXXVI, 12, eandem esse fingunt cum Thimma
Euangelij, et auctor Apocal. 1 Par. I, 36, quam filiam Esau faciunt, cum eiusdem sit filius.
Quæ pulcre scilicet conciliant, Eliphazum cum Thimma Gen. XXXVI, 22, memorata, concubuisse, & dein cum filia, ex stu-
pro orta, confusuisse. Ad eandem inexhaustam mendacio-
rum penum configunt, cum Anam fratrem Tsibeonis, Seiri
coll. Euseb. Hist. eccl. L. VII, c. 22, & 23. 7) Hildegard, urbis in Finibus tum v. 20. & Anam, filium Tsibeonis, & sacerdotem Esau, v. 2. Recep-
tum a Reg. 8, 22. alia 24. in unum compingunt. Feliciter enim succurrunt figmen-
ta, vt Deus ex machina, Tsibeonem matris incestu le pol-
luisse, & sic Anam ex ea genitum, recte & fratrem eius, & fi-
lium appellari. Quæ vberius nuper explicata sunt in disert.
Sec. 8) Cum, coll. illuc nos traximus de Studio Partium ab Interpret. S. Script. remouendo, moderante
ven. Praeside, ventilata.

§. XIX.

9) Naom Zeph. 1, 1. Nomium Non solum persona & res nominum diuersitatem ad-
alius ab Hilkia vegetum plasm. propiorum mittunt, vt probauimus §. XVII. sed ipsa etiam Nomina
varias subeunt mutationes & inclinations. In quibus re-
1 Par. 1, 10. 10) תְּבִוָּה תְּבִוָּה recensendis erimus eo pauciores, quo copiosius saepelaunda-
1 Par. 1, 48. coll. ill. 16. tus HILLER VS hanc tractationem iam præcepit. Cf. Syntaxis

Vber. Monotatt. 11) שְׁלֵזֶן In genere de his metabolismis valent, quæ Cl. CELLARI-
vs Can. 82. ex R. D. KIMCHI citat: quorundam nomen leu-
ter mutatur, ita ut alterum alteri sit vicinum in literis, nec scri-
coll. vber. monotatt. 1 Par. 11) שְׁלֵזֶן pulosi in hoc sunt S. scriptores. Seorsim vero hanc varietatem efficit.

12) קְרַבָּה coll. Wolf. 1) DEFECTUS literæ vel syllabæ, & quidem a) Aphesis, תְּזִקְרָה 2 Reg. XVIII, 1. pro חוֹקְרָה 2 Reg. XX, 10. b) Syncope, תְּזִקְרָה 1 Cor. 1, 12. c. 9, 1. s. 5, 15. 1) יְהֹוָנָה 1er. XXXV, 6, 19. pro יְהֹוָנָה 2 Reg. XVIII, 1. pro יְהֹוָנָה 22. pro אֲחָתָב 2 Reg. XVIII, 1. pro אֲחָתָב 2) REDUNDANTIA, eaque a) Prosthesis אַכְזִיב Iud. I, 31. pro בָּבִר Gen. XXXVIII, 5. b) Epenthesis אַבְנִיר pro בָּבִר Gen. XI, V, 50. 51. c) Parage תְּרַשְׁׁשָׁה 1 Par. I, 7. pro תְּרַשְׁׁשָׁה Gen. X, 4.

13) לְבָבָם 1 Par. 3, 15. coll. priorum locum d. Lango, forte et Schm. 16) תְּמִימָה תְּמִימָה 19. non alia qm illa a qua Eliphaz תְּמִימָה dicit, coll. ill. Hart, Monotatt. vber. et Hildegard. 17) Schaltiel et צְרֻבְּנָבֶל 27. non alia ab illis Matth. 1, 12. Hildegard. Onom. sub utraq. vocum, et Wolf. 18) לְעָזָבָה 17. לְעָזָבָה 17. ME

19) non alia qm illa a qua Eliphaz תְּמִימָה dicit, coll. ill. Hart, Monotatt. vber. et Hildegard. 17) Schaltiel et צְרֻבְּנָבֶל 27. non alia ab illis Matth. 1, 12. Hildegard. Onom. sub utraq. vocum, et Wolf. 18) לְעָזָבָה 17. לְעָזָבָה 17. ME

E 2 SE.
Juli nominibus. sed 1731. Naseo. 33) Nominiis leisu homonymiam (in
beo) persequens. 34) Henr. à Seelen. Lubec. 1729. 34) Rehuel
Murray de Windels. 35) Paeliel et Iethro; coll. n. v. Ex. 6, 2
m. eum Iethrone et Chobab. 35) Paeliel et Iethro; coll. n. v. Ex. 6, 2
Ahaferg et Iethra 36) Targ. alleo Iethra c. 1, 2. 37) Salomo, et
37) et Shorashim coll. Bid. p. 175 Seik. Ieblonsk. 38) Iethro et
Vida Porto p. 36

SECTIO III.

DE NOMINVM PROPRIORVM IMPOSITIONE,
TRANSFORMATIONE, ET VSV AVT OMIS-
SIONE IN SERMONE.

S. XX.

Cf. lo. Henr. Skuf Progr.
de impositione nominum
Goth. 1738. Skabeo.

Qui nomina
infantibus
imposue-
zint.

His igitur expeditis, restat, vt de Impositione Nomini-
num quædam differamus. In hac autem, post De-
um immortalem, supremum & Patrem & Dominum, po-
tissimas patrum partes esse debuisse, & natura, & sacra te-
stantur literæ, licet id iuris matribus sèpissime, cognatis &
necessariis nonnunquam, saluo tamen genitoris arbitrio,
sit usurpatum.

Gentiles iam Iouem suum Patrem hominum appellauere.
Nos plura & sanctiora de Deo O. M. edocēti, scimus, ex eo ap-
pellari *πατέραν πατρίαν in cælis atque terris* Eph. II, 15. & eundem esse Dominum potentissimum, qui vt seruis, sic etiam ser-
uorum filiis, summo rure nomina imponit. Hoc igitur ius fu-
um, cum clarissimus diuinæ sapientie & benignitatis signis ex-
ercuit, primo quidem in *Ismæle*, Gen. XVI, 11. post in *Isaaco*
p. 52. 19. 40) *Thabor* & *Bethel*, Gen. XXVII, 19. sub Nouero Testamenti auspicio, in *Ioanne* Luc.
1, 13. & tandem, felicissimo humani generis omni, spes Patrum
Messias, ante nativitatem, cœlesti Patre iubente, *Iesu* nomen
acceptit Matth. I, 21. *Mosæ* etiam, antequam nasceretur, nomen
a Deo esse impositum, splendide mentiuntur Iudei, inducti
loco Ex. XXXIII, 12. Hanc vero prærogativum suum in no-
menclatura liberorum, vt summum Numen ipso nature ordi-
ne, in patres, vt capita & principes familiarum contulit, sic
eandem illis confirmavit perpetua consuetudo. *Hinc Lamechus*
mude p. 40. 42) *Rachah*, *Noachum* nominat Gen. V, 29. & *Iacobus* filium quem *Rachela*
moribunda *Ben-oni* vocauerat, faustiori nomine *Beniaminum*
proclamat Gen. XXXV, 18. Eandem patriam potestatem re-
uerit cognati *Elisabethæ*, nutu interrogant *Zachariam*, quod
nomen nato veller esse puero? *Luc. I, 62.* Attamen coniuga-
galis:

- Schallum* et *Tzedekias*, *item* 44) *Iochanan* et *Iochaz*, coll. ibid. p. 42. 45
Zorobabel et *Nehemias*, *Ibid.* p. 43. 46) *Nineve* et *Babylon*, coll. *Patronis Lex*
in Etymis. nom. propriis. sub *Nineve*. 47) *Sala* et *Kainan* *Kuc. 3, 36. coll. vii. Wal-*
48) *Nebu* et *Nebu*, coll. Praef. ad *Malachi* f. 1. 49) *Hagar* et *Hetur*, coll. *Soldene*
in bona defunctoru. c. III pag. 8. 50) 57) et *Abrahæm* *Iacob* 32, 1. *Iacob*.

gallis pietas & amor merito hoc requirere videbantur, ut mariti uxores coniunctissimas in societatem juris sui admitterent, eisque, post acutissimos dolores partus exantatos, in præmium laborum, ἐνοματοθεσίας honorem concederent. Hinc prima puerpera Eua, nato nomen Caini imponit Gen. IV, 1. Idem in tota Iacobi familia obseruatur, excepto, quem commemorauimus, Beniamino. Et Iuda, postquam in primo ex coniuge filius suum exercuisset Gen. XXXVIII, 3. vbi est אֶרְיךָ & vocauit ille, reliquorum duorum nominationem vxori permisit; hinc legitur נַחֲרָה & vocauit illa v. 4 5. Nec vero etiam e gentibus ista thoro dignissima exulauit pietas. Hinc Homer, Odys. XVIII. v. 5. de Iro:

Ἄγραιός δ' οὐοῦ ἔστε; τὸ γὰρ θέρος πάτημα μῆτρες
Ἐν γενερεσίᾳ

Arneae autem nomen erat; hoc enim imposuit veneranda Ex nativitate. (mater)

Porro autem non erat admodum insolens, ut aut mulieres, quæ parturient manus obstetrices admouerant, aut cognati, qui circumcisio die ad eam conuenerant, natis, conniuente & approbante patre, nomina inderent. Sic de Ilsaio Gen. XXV, 25. dicitur; & vocauerunt nomen eius Esaum, scilicet illi, qui aut partu aut circumcisio aderant. Ita obstetrix occasionem dedit Perets nominando, dum, quantum, inquit, פְּרִצָּת עַרְןָה perripiisti supra seu propter re rupturam! cui consenit Iuda Pater, פְּרִצָּת שְׁמֵוֹן וּקְרָא שְׁמֵוֹן & vocauit ille nomen eius Perets, c. XXXVIII, 29. cf. Ruth. IV, 17. & locum supra productum Luc. I, 62.

§. XXI.

Ante sancitam circumcisionis legem, nomina infantibus statim a natu rite indi consueuerunt, inde vero ab Abrahamo, in ipsa circumcisione. Præter hæc censem nonnulli, ex facto quadam hæfisse adultis vocabula propria, que vsufrequentiore, primis interdum præualuerint.

Ab Adamo usque ad Abramum, nullum est dubium, infantes simulac in lucem essent editi, nominibus esse signatos.

E 3

Tempus:
ἐνοματοθεσίᾳ

Eiusdem. nomine impositio di, veris nonnquam veteribus item,

la. 1. Vl 1) Israel, prima tra-

ve foranen Gen. XXXII, 29. dein,

de cis cum, apud Bethelem c.

XXXV, 10. 2) Bethelem, primo

c. XXVIII, 19. 3) deinde c. XXXV,

15. 3) Beersabe, prima tempore

Abrahami c. XXI, 31. deinde Iacaci

p. 25. tempore c. XXVI, 53. Vid. supr.

38 SECTIO III. DE NOMINVM PROPR. IMPOSITIONE

vt satis testantur, exempla *Caini*, *Sethi*, *Noachi*, cetera. Postea vero, quam circumcisionis sacramentum erat institutum, octauo a natuitate die, quo illud peragere fas erat, liberis imponi nomina consueuerunt, cum per sanctissimam initiationem, & in diptycha foederatorum DEI referrentur, & ciuitati Israelitarum adscriberentur, quomodum apud Romanos & Grecos, plerunque die lustrico nomina infantum tabulis publicis inscribi solebant. Quam solennis Iudeis haec fuerit consuetudo, patet ex *evangelio Ioannis* Luc. I, 59. & *Servatoris nostri* c. II, 21. Quidquid ipse DEVIS, cum circumcisionis mandato mutationem nominis Abrahami coniunxit, Gen. XVII, 5. 23. Non quidem negauerimus, sepiissime ipsum partum continuo sequutam esse nominis proclamationem, sed circumcisionis demum die, id fixum & confirmatum fuisse, merito affirmamus. Placet autem quibusdam, nomina tum a natuitate, tum in circumcisione indita, interdum, crescente hominum etate, appellari desisi, & ex facto quodam superuenientibus nouis esse oblitterata. Ita censei in primis, homo clarissimus, & remotissimum antiquitarum exsequenterissimus, IAC. PERIZONIVS in *Antiquit. Babyl.* c. VIII. qui *Nimrodum*, non a parentibus id nominis accepisse putat, quod faustioris sensus & melioris omnium vocabula hi querentes confuerint; sed eum ut venatorem ferocem, & sodalium grege succinctum, semper ingeminasse, *נמרוד נמרוד*, *rebellabimus*, *rebellabimus*; atque inde post ab aliis, etiam ab ipso Mose, hac appellatione, tamquam propria, esse designatum. Sepius enim, inquit, hoc accidit, & accidere etiam nunc solet, ut homines a vocabulo, quod frequenter & notabiliter usurpant, cognomen primo accipiant, idque tandem in uomen eorum proprium transeat. Probat hoc praeceps exemplo *Ierubbailis*, cuius Pater continuo in ore habuerit *חבעל יacob באל* contendat contra eum (*Gideonem*) ipse *Baal* Iud. VI, 32. & inter alia, quae ex profanis, docte & cumulate affert, documenta, ex *Taciti Annal.* l. 23. vbi centurioni cognomen *CEDO ALIAM*, indidisse leguntur milites, quia fracta vite in tergo militis, alteram ac rursus aliam poscere solebat. De *Ierubbailis* res

res quidem est indubitata, sed *Nimrodus* satis commode a patre Cufcho, ferox nomen accipere portuit, in quem auctoris gentis, Chami, insignis malitia sine dubio erat propagata. Apprime igitur conuenit, eum ipsa appellatione, filium ad effrenam licentiam, & dominatum quærendum, inflammare voluisse. Sed non sumus tanti ut acutissimam viri docti coniecturam plane refellere audeamus. Minus autem probabile nobis est, *Habellis* nomen, in hunc numerum, ut ille quidem retulit, iuste referri posse. Cur enim mater piissima, tanta de spe, quantam in partu Caini ostenderat, deiecatam se videns, & omnia fluxa atque caduca magis magisque experiens, a *vanitate* filium appellare noluisset? Licit igitur non subiiciatur, quænam fuerit nominis imponendi ratio, non dubitandum tamen est, simile quid illam exclamasce, atque *Cobeleth* sermonem exorsus: **הבל הבל** *vanitas vanitatum omnia vanitas!* quam lamentabilem matris vocem, scriptor facer vel compendii caussa, vel iusto forsan *συμπαθειας* affectu motus, prodere omisit.

§. XXII.

Res est pulcherrima, & populo in peculium DEI ele-
cta dignissima, quod Hebrei, in nominibus liberis inden-
dis, ea plerumque delegerunt, quæ ad pietatem suam, fi-
dem, spem, reuerentiamque erga DEVVM testandam, ad
natorum vero animum ad optima quæque incendendum,
apprise essent composita.

Merito de Nominibus Hebraeorum plurimis hoc prædi-
catur, quod de Numero septenario Gregor. Nazianzenus pro-
nuntiat, Θεού τερον τι τε Φανωνία illis subesse. Quæ enim de
Deo eiusque cultu, de futuro Liberatore Messia, de sua miseria,
& de omni virtute, pii senserunt homines, ei ipsis nominibus,
quæ quotidie usurpabant, expressa atque effecta esse volue-
runt. Quæ cum assida eorum consideratione, optime per-
spexisset B. HILLER VS, nulli parsit diligentia & molestia, quin
illustria hæc antiquæ Theologiæ Iudaicæ monumenta, per sa-
eros libros dispersa, in unum locum colligeret, eaque ex in vo-
lucris

Qualia ple-
raque nomi-
na fuerint?

*Conf. lo. Henr. Stoff Progr.
de Omne in nomine)*
Gothae 1735. Haico.

10

40 SECTIO III. DE NOMINVM PROPR. IMPOSITIONE,

lucris & latibus suis feliciter eruta, lectoribus sub uno con-
 spectu proponeret. Non igitur temperare nobis possumus,
 quin Epigrapham eius, huic tructationi c. XVII. p. 263. praefi-
 xam, in compendium quoddam redactam, hoc loco adscriba-
 mus: *Hebreorum* inquit, *nomina frequentissime, vel Dei nomen,*
vel aliquid eius attributum, id est, THEOLOGIAM GENTIS
continet. *Essentiam Dei declarat IEH OVA, Dominus est is,*
qui erit, qui est, atque fuit; Vnitatem, Iosach, dominus unus est;
simplicitatem Viriah, lux est Iehoua conf. Iac. I, 17. Inmutabilitatem Iehu, manebit idem. *Inuisibilitatem Pelaiah, occultus est*
Iah; Incomprehensibilitatem Michael, quis est sicut Deus; Immen-
sitatem Almodad, non mensuratus; Independentiam Kadmiel
principium est Deus; Sapientiam Reiah, videt dominus; Volun-
tatem liberrimam Iehonadab, proprio motu fecit Deus; Bonita-
tem Tobiah, bonus est Iehoua; Iustitiam Iehozadac, Iehoua iu-
stus est; Veracitatem Amphiathai, verax est dominus; Benignita-
tem Eldad, Deus est amor; Gratiam Chananiah, gratiam fecit
dominus; Misericordiam Ierachmeel, miserebitur Deus; Exau-
ditionem precum Schemaiah, audiuit Iehoua; Omnipotentiam A-
maziah, valide egit dominus; Perfectionem Iotam, integer Deus
est; Pluralitatem Rehuel, pauerunt Deus; Patri essentiam Io-
ab, Iehoua pater est; Filii, Achilud unicus natus; Sp. Sancti, qui
per Prophetas loquutus est, Amariah, dixit Deus. conf. 2 Sam.
XXIII, 2. Deum celebrandum, Hodiah, gloria est domini; Crea-
tionem & prouidentiam Beraiah, creavit Deus; Schemariahu cu-
biduit Iehoua; Redemtionem Ieschua, salus, Elischua, Dei est
salus; Sanctificationem Schechaniah, habitabit Deus. Addit
nomina a beneficio ante partum; Reuben, Deus dispexit mihi
filium; in partu; Zerach, apparitio. Boni omnis causa imposta,
Noach quies, Ascher beatitudo. Malierum nomina, aut dubia
a diuini, ut Elischabath, & nos & iurandum Dei; aut a re-
bus iucundis, fuscundis, &c. Hæc integra nos apposuisse, nemo,
ut speramus, vitio nobis dabit, cum & locus postulet, & nos
quidem meliora substituere non potuerimus. Sed hæc san-
ctissima populi Dei insignia, postquam Iudei gentium conta-
gium

giūm pasū sunt, vehementer immutari coepere, & deformari. Quominus vero Christiani, in nominibus imponendis, veteris Synagogæ attingant grauitatem & gloriam, tum linguae genium prohibet, tum pesima illa, pasim regnans, consuetudo, que maguli infantes gentilium, Herculis, Achillis, Hectoris, aliisque huius generis insigniri nominibus, quam pliis & sancti sensus vocabulis eos appellari, quod cacoethes, Italis in primis frequens, grauiter reprehendit B. MART. GEIERS Comm. ad Daniel. p. 53. Sed ut de Iudeis adhuc pauca subiiciamus, non diffidendum est, homines, quibus nefandissimum scelerum nota inusta est in sacra Scriptura, optima saepius filii indidisse nomina: vt quum Achabus filium maiorum natu appellavit Achasiah *firmabit dominus*, minorem, Ioram, *Deus exaltabit* 1 Sam. XXII, 40. 2 Sam. I, 17. Sed id fecerunt, aut meliora probantes, secuti deteriora, aut pietatem defestanda hypocriti mentientes.

§. XXIII.

Sunt homines, quorum nomina pulera, sed facta turpia; sunt & vicissimi, quorum nomina turpia, sed gesta præclara; rursum sunt, quorum & nomina & gesta turpia; sunt denique, qui & nominibus & rebus gestis præclari sunt, vt dixit R. Ioseph filius Hananiae, quæ ex TANCHVMA ad Exod. fol. XXIII. citat HOTRINGERVS H. Or. c. II. *Cedemus iam nile, Bracteis Regis et dñe, 10. fructuosa, in Lex. Talm. p. 2430. vbi' eum vide.*

Qui nominibus suis bestiis aut male fatisfecerint.

Qui nomina et divina impediti, one ~~accepere~~, cum nominibus ipsum quay omen habuerunt.

Vide supra, pag. 36.

Non ignoramus ingenio famagis esse, quam firma ac solida, qua a nominibus hominum desumuntur; cum tamen vocabula propria in sacris sint significantissima, quid vetat adducere nonnullos, qui id quod audiebant, aut facta refutarunt, aut rebus gestis expreserunt? Quis igitur vehementius in legem de facerdotio Aharonis arietauit, quam *Darhan*, qui tamen legalis vocabatur? Quid turbulentius & tumultuosius sol vidit *Absalom*, cuius nomen *parrem pacis* ostendit, & quodammodo respondet germ. *Friedrich?* Quis denique Rempublicam Israeliticam funditus euerit, & populum in perpetua tristissimæ seruitutis coniecit vincula, nisi *Hoseas*, qui tamen *Liberator* appella-

42 SECTIO III. DE NOMINVM PROPR. IMPOSITIONE

pellabatur? Libentius vero illos allegamus, qui nominis turpitudinem rerum gestarum & pietatis gloria eluerunt, & plane alios, quam appellabantur, se praefliterunt, vt *Ishoseth*, qui fœdisima voce *vir pudendi idoli*, 2 Sam. II, 18.19. & Esbaal *vir Baalis* 1 Par. VIII, 33. nominatus, a Davide tamen ut *vir iugis* laudatur 2 Sam. IV, 11. Huc pertinere quia vocabula Ethnicorum Deastrorum, a quibus tamen maxime abhorruerunt, imponi sibi pati debuerunt; vt *vir diuinus* & *constantissimus* Ichouæ cultor Daniel, qui *Belschazar* ab idolo Babylonico Belo vocabatur, Dan. IV, 5. Azaria fidissimus eius socius, *Abednego, a cultu ignis*, seu *Negonis*, obscuri Deastræ c. I, 7. Nec defuntin N. T. plurimi, qui, cum ab Ethnicorum diis nomine olim accepissent, postquam ad Christum effenter conuersi, mutare illa noluerunt, forsitan, ut perpetuum in illis, pristinæ misere conditionis haberent *μημόσυνον*. Plane vero non affurgimus doctissimo H VETIO, qui parentes Christianos, infanticibus appellationes a diis petitas, imposuisse contendit, in *Origenian.* c. I, vbi *Origenis* nomen ab *Oro Aegyptiorum deastro* deducit. Neque miretur quisquam, inquit, *Christianos parentes ab Ebnicorum Deo deriuatam appellationem filio indidisse*. Id enim tum erat perniciatum, nec eiusmodi nomina abiiciebant *Catechumeni*, cum Christianam fidem amplectebantur, atque binc *Diomysius ille Areopagita, Apollos Alexandrinus, Phebe, Hermae, Hermes, Nereus & Diotrepes, Lucas, Paulo, & Ioanni commemo- rari*; *Hinc Ammonii, Serapiones, Athenagore, Isodori &c. quis enim, ait Tertullianus, nominis reatus?*

Sed haec gratis a viro doctissimo persuaderi, & Lubentius pro hypothesis adstruenda, quam verius commemorata videntur. Qui enim probabit, nominatos Christianos fuisse originis? *Dionysius enim c. c. Areopagita in Gentilismo consueverat A& XVII, 34. Apollos Alexandrinus fuerat Iudeus c. XLIX, 24.* De ceteris nullum vestigium appetet, a parentibus conuersis nos natos esse. Et quis denique vel fingere sibi audeat, in tanta amoris erga verum Deum ardore, & florentissima ecclesiæ virginitate, parentes piissimos, ad sanctissimum baptismi lauacrum, nomina deastrorum & idolorum afferre sufficiisse?

Sequuntur iam, qui cum infausto nomine animum pessimum & criminis nefanda coniunxerunt: e.g. *Achor*, qui a perturbatione traxit nomen 2 Par. II, 17, alias *Achaw* Ios. VII, 1. & cum maximas turbas & funestissimam calamitatem pogulo Dei importasset, supplicium, cum tremenda illæ Iosue

voco:

voce meruit **רְבָרָתָן יַנְבָּדֵךְ חֹם הַיּוֹם** quam perturbabis nos? perturbabit te iehoua hoc die! Iosua VII, 25. Sic Bileam recte ab absorpsione vocabulum habuit, qui cum **μισθὸν ἀδικίας** iam spe deuorasset, liberatus, quantum in se fuit, Israëlitas mortandos & deuorandos Balaco tradidisset, & reuera etiam deinde maligno consilio, magnam eorum partem absorbutum Num. XXXI, 16. Porro de *Nahal*, durissimo homine, ipsi uxori prudentissima diffiteri noluit **שְׁמָרֶה בְּנֵי נָבָל עֲצֵם** quod ut nomen eius sonat, sic ille sit; quod vocetur *Nabal* (stultus) & *stultitia* cum eo sit 1 Sam. XXV, 25. Simili fœc modo, ut est apud Plaut. in *Prol. Faenuk.*

Vosmet nunc facite coniecurant ceterum,

Quid id sit hominis, cui LYCO nomen sit.

Tandem lubentissime vito loco appellamus eos, qui pulcherrimorum nostrum mensuram & numerum præclare impluerunt, & quibus illa fuerunt: *diminutus didecimus* perpetua admonitiones, vt Chrysostomus de Petro predicat. Primum proper infinitam præstantiam veneramus, magnum illud nomen IESU, statoris & vindicis libertatis humanae, quod, quam perfectissime impletum sit, nulla cogitatione, multo minus oratione comprehendi potest. Minor gradu, sed feliciter tamen pri homines appellationibus suis satisfecerunt, vt Rex secundum cor Dei, qui merito David, i.e. dilectus audit; *Hiskias*, qui in afflictissimis rebus domino se confortanti est innixus; & quid conuenientius, quam illum Christi Apostolum vocari *Paulum*, qui non solum statura & voce erat tenuis 2 Cor. X, 10. sed etiam indignitas sua intimo sensu ira depressus, vt *ἐλάχιστον minimum* inter Apostolos professus se fuerit? 1 Cor. XV, 9.

§. XXIV.

Non exiguum momentum in tractatione nostra facit illu- Mutatio motris Nominum transformatio, quam tum a summo Numinе, minum. tum ab hominibus, & ab his quidem, aut in aliis, aut semetipsis peractam, sacre ostendunt paginae.

Quemadmodum impotio nominum summum iure Deo debetur, sic etiam eorum immutacionem iustissime sibi vindicavit, & ita quidem, vt ea conuerteret aut in melius, quod fecit lubentissime aut in deterius, quod expressit ab eo hominum impietas. Sic mirum in modum ornatum & diuino splendore auctorum est in V. T. nomen *Abrami*, qui postea *Abraham*, i.e. Pater multitudinis genitum a Deo est salutarius Gen. XVII, 5. Ibid. v. 15. *Sarai* eodem dicernente, *Sara* Princeps femina, alma tot regum & ipsius Melchisie mater, est appellata. *Iacobus* vero, postquam principatum fratri iam in utero in matris minatus fuisset, eumque per benedictionem paternam obtinisset, dignus habitus est, qui cum *Deo* & *p̄t̄w* certamen iniret, & victor nomen *Israëlis*, i.e. decretans principium in se cum Deo, reportaret Gen. XXXII, 29. Hos. XII, 4, 5. conf. Eccl. XLIII, 4 & Hos. II, 22. In N. vero Test. Christus trium discipulorum vocabula, *Simonis* in *Cephas*, h. e. *Petrus*, *Iacobi* & *Io-*

E 2

annis

*Gn. Hebr. viii. 7 מִשְׁנֵנָה נָנוּן
nouum a Deo conferendum
Eccl. LXII, 2. ut n. q. cuius ad
huc q. proprium fuerat nomen
Azau et Schemama, i.e. Dere
Licha et deughaba, ea in popu-
rum vocare fieri alio, Zeph.
Hi bâh et Behula, i.e. Deli-
cie mea in ea sunt, et ma-
ritula.*

Hic pertinent nomina propria in deducere et iognominiam defixa. utique זכר or. Hos. 17. 17. it. Par. II. 7. quia fuit נושא vel נושא pro עכבר pro עכבר. Cf. I.A. Fabricius in Biblioth. Gr. Iia. 1.

ר. 29. p. 172. בֵּית אָמִן pro
בֵּית אָל Hof. IV, 15. ubi vide
S. Kimchi in Comm.

44 SECTIO III. DE NOMINVM PROPR. IMPOSITIONE

annis in Boaneger, faustissimi omnis causa conuertit, Marc. III, 16, 17, de quibus in superioribus egimus. Miserum vero est atque deplorandum, quando pulsus latissimus appellationibus, funestissima a Deo personis & locis imponuntur; vt quam Bethel, vrbs antiquissimis pietatis monumentis praeflans, Beth Aven, domus vanitatis proclamatur, ob vitulorum cultum ibi constitutum Hof. IV, 15. Pashuero, principi inter sacerdotibus viro, cuius non men libertate auctum denotat, tremendam vocabuli mutationem Ieremias denuntiat: Non Pashuero vocat dominum nomen tuum sed Major Misibib, h.e. fornido circumquaque. Nam immisuras sum tibi fornidinem cap. XX, 3 Dein hominem etiam aut alius, aut sibi, ab aliis veteribus, noua impoferunt nomina. Primo Reges illis, quos in capitulatione abduxerant, more veteribus familiarissimo, mutare solebant appellationes, vt exemplis Danielis & sociorum supra allegatis appareat. Item illis, quos in ditionibus subactis reges constituebant aut nouum ponebant nomen, aut vetus leuite inflebant, vt in ipso vocabulo clientela sua semper efficeret recordatio. Sic Pharaeo Necho Eha-kimun, ad regni futurum eucuem, vocat loeckim 2 Reg. XXIII, 34. Rex Babyloni Mattaniam, Zedekiam c. XXIV, 17. Seruus porro, in excellum dignitatis locum producitus, domini aliud statuerunt nomen, vt cum ipso nomine pristinarum fordonum abstergeretur memoria, vt Pharaeo lofepbum appellat Sapnati Panea, occulutorum reuelatorum in Gen. XLI, 45 quodcum opud Romanos, feruus, quo ad equestrem vocabane splendorem, ingeniorum veterum Romanorum non minus nuncupare confluuerant, ne quid nota nominis obsoleti noui honori officaret. conf. Alex. ab Alexandr., l. II, c. 19. Patres aliquando filiorum mutasse nomina, ostendunt exempla Iacobis & Zacharias, iam explicata. Quin magis in aliis in discipulis competiuit, vt Moses Hostem nuncupat leb-saphun Num. XIII, 16. Nathan Salomonem fibi commendat tediia, ob intensissimum domini in eum amorem, 2 Sam. XII, 24, 25. Denique fuerunt, qui sponte sua aliud sibi non armescuerunt, vt Schallum Iesu filius, cum regnum capesset, locabasius salutari voluit coll. ler. XXII, 11. cum 2 Reg. XXIII, 30. Qualemmodum Pontifices hodie, sub ipsis dignitatibus Papalis auspiciis, nouo se insignient nomine, quod Servator, cum Petro primatum concederet, eiis resellit: nem multasset, scilicet. De Naemi, Ruth & socris, notissima res est, defensam illam malis abieciisse vetus nomen, voluppeatis signum, & Maram hoc est amarum, appellari voluisse.

§. XXV.

¹⁴ Claudant nunc tandem agmen certissima illa, aut contem-
tus & odii, aut beniuolentia & amoris indicia, quæ aut ex omis-
sione Nominis proprii in sermone, aut ex eiusdem vñ, s̄ epis-
sime depromi & iudicari possunt.

Negari non posset, homines affectuum impetu incitatos, statim inpellatione, aut commemoratione eius, in quem tendunt animi commosse, ea prodere que in pectore occulta sunt & recondita. Inter signa et odi & contentatus, apud Hebreos etiam habitum est, si quis, prepresso

16. *Jenina referit: נשׁם שָׂמֵחַ גַּעֲמִי לְאֶפְרַיִם רֹתֵךְ תְּלַעַת נְבָנָה גַּלְהָ לְאֶפְרַיִם אֶת נְעָמָה אֶלְאָ וְגַעֲמִי*
Sicut exulans Naemii affunxit Rutham, ita Salomo quog (ex potestate eius ortus) migravit (in Ammonitatem) accepit nomen Nacumam uicerem. Verum enim vero illa Naemii, i.e.

TRANSFORMAT. ET VSV AVT OMISS. IN SERMONE. 45

mine proprio cognomine tantum alterum appellareret. Hinc illa dictio Sauli, impieque Dœg virulentiae plena, *filius Iſai*, de David i Sam. XX, 27. 30. 31c. XXII, 7. 8. 9. 13. Idem Saulus, cum Achimelechum inflammatu ira oculis compellaret, *Audi, inquit fili Achaibizi*, c. XXII, 12. Sic ipsum Nomen Israelitici regis ostentationem alta sede despiciens, cum vocat filium *Roma*, Ef. VII, 4. 5. 9. Hebreorum magistris in Medrasch Thalim ad PTIV, 25. *Filiis viri, quoque gloria mea erit in ignominiam?* sic commentantur: *Quo- usque ignominia afficietis me, & gloriam meam, vocantes me filium Iſai? quo- se non effet mibi proprium nomen, quo me appellare possetis.* Et David, non ferens Goliathi ferociam, quis est, inquit, *Philistens ille præputius?* i Sam. XVII, 26. quomodo Julianus Apostata Seruatorem nostrum optimum Galileum tantum appellasse, referatur. In grauiissimis paenit ponit hoc S. Scriptura, quando Deus improborum nomina delet & excidit ex terra, quod bene obseruat Lightfootus ad Mat. I, in Geneal. Chirilis, vbi illam afferat rationem, cur tres generationes, Achazia, loafi, & Amazia, in ea omisisti sint. Simili fere ratione, Ephesii olim Heracliti nomen æterna oblivione sepulatum volueret, ut notat STRABO I. 4. Quanta apud Romanos contumelia fuerit, si Censore nomen aliquicui in Catalogo recitando omittiretur, quod Ignominium appellabant, non est quod moneamus. *Paulinus in obitu Celsi. v. 17.* superbia & contentum indicaturus:

Nec dignaris nos bonimes vel nomine fari;

Graci, quem ignominia afficiebant, voce vtrique sexu communi, vocabant Ἀνθερτον conf. Aelian. V. H. XII, 17. Huc referimus illud Petri: οὐδὲ τὸν Ἀνθερτόν, Mat. XXVI, 74. Nam si reuera non contempsit magistrum, in tanta tamta perturbatione, voluit sanc & contemnere & plane ignorare eum videri. Quemadmodum vero Romanis adinodium solenne erat, quosque suis venerari nominibus, & PLINIVS Panegyr. c. XXIII. Traianum laudat, quod equestris ordinis decora sine monitore, honore nominum *fignauerit*; ita apud Ebraeos, ex vnu nominum proprietum in compellatione, mira sapientia benivolentia resplendit. Sic certe plane alter animatus Saulus erat, cum i Sam. XXIV, 17. & iterum c. XXVI, 17. Davidem ita alloquebatur: *Namquid hec vox tua, mi fili David?* quamante fuerat, cum vix alia vox quam *Filius Iſai*, illi excideret. Huc pertinent verba magni pastoris ouium Io. X, 3.. *Proprietates vocat recte* ὀνομασίαν: vbi damus lubentissime, perfecte cognitionis significationem, huius phrasis inesse conf. PI. CXLVII, 4. EF. XL, 26. Num. XXIII, 10. vt magni Belli duces, Cyrus & Themistocles, omnium in exercitu suo militum nomina renuisse feruntur. Nec fortassis electio ad certum munus excludenda, vt i Par. XVI, 41. Ef. XLV, 3. 4. sed hoc etiam contendimus, gratiam singularem & favorem, qui priorum fundamentum est, ex his verbis efflorefcere. Sic *Nomina* priorum dicuntur *scripta in caelo* Luc. X, 20. Phil. IV, 2: vbi est eorum πολιτευουσις, in cuius tabulas relati sunt c. III, 20. Ut vero Seruator suos in his teris nominatim h. e. blandissime appellat, sic etiam honoris & amoris restandi causa, eorum nomina aliquando confitebitur coram Patre suo & angelis, Apoc. III, 5. *Est enim memoria iusti ad benedictionem, sed nomen improbum putrefactum.* Prou. X, 7.

*Anana seu orthodoxa, facie vero
Naana, i.e. uala vel heterodoxa
tul.*

§. XXVI.

Nosvero SVMMVM NVMEN, quod in hoc nostro labore præsentissimo auxilio nobis adfuit, in eo NOMINE, quo omnis salus continetur, supplices veneramur, vt & nostra, & omnium qui hec forsitan lecturi sunt Nomina libro suo inscripia esse clementissime velit, illa ab omni nota & litura defendat, & tandem in magno illo censorio die, exaudiente toto genere humano, ad perpetuam nostram felicitatem proclamet.

הלו אה-שם יהוה ולו עברי יהוה

DOCTISSIMO CANDIDATO
PRAESES s. d.

Non dubito, fore aliquos, qui, vbi dissertationis tuae de Nominibus propriis sacris solum adspicerint titulum, existimabunt, argumentum differtandi, quod delegisti, esse vel nimis sterile & arenosum, vel protrictum fastis a que vulgare. Sed hi fere erunt, qui vel expertes sacrarum literarum ignorant, quantum in cognoscendis hisce nominibus momenti sit positionis vel precipitato iudicio de tractatione tua, priusquam inspicerent, pronunciant. Illi quidem, si recognoscant, quam diligens sollicitusque Spiritus sanctus ipse fuerit, in nominibus istis consignandis ac declarandis, benignius omnino iudicaturi essent: quin, si eis vel unica interpretanda esset pericula scriptura sacra, v. g. Mich. I, 19, vbi esacerdotem sunt paronomasie, hoc est, ad propria nomina allusiones propheticae, facile essent agniti, quam, non dicam, utile, sed necessarium profutus sit, isto considerationis praesidio non carere. Etereo, qui argumentum tuum quasi de triuio summi preseuerint initio, mox rectius tuo labore statuente pretium, dummodo in solo disputationis titulo non haerent, sed tractationem ipsum perlegent: utpote in qua eas a Te observationes adlatas esse cernent, quae & locis Scripturarum sacrae quamplurimiis egregiam adfundunt lucem, & magna ex parte selectae, eximiae, nec vbius obviis sunt. Ea igitur in re si quid fructus & adiumenti, sive ex prelectionibus, sive ex consilis meis cepisti, ego certe mea non minus quam tua causa gaudeo: quippe qui per triennium, & quod excursus, auditorem. Te habui doctrinae cupidum atque attentum, domesticum vero non solum bene moratum, sed etiam ad optimam quoque contendentem, & quod reticendum mihi non est, in formandis filii mei natu maioris studiis fidelissimum dexterum inunque. Nec enim exigua voluptate persuader, si in eis vel morum corruptione, vel contemptione bonarum litterarum, que in academiis hic illuc gravassit, aliquos contra auditorum meorum ad meliora adspirare animaduerto. In quorum numero quoniam Tu, præflavissime Candidatus, locum certe postremum non tenes; igitur si vel Tibi vel mihi gratulor, nihil, quod vel ab officio meo, vel abre ipsa alienum sit, committere videbor. Accipe ergo honores, quos amplissimus Philosophorum ordo Tibi decreuit, tanquam premium virtutis atque doctrinae tue: & ita accipe, vt Tibi ad meliora in dies confertanda veluti calendar sint & incitamentum. Vale, Dabam d. xxx, Jun. CCCC XXIX.

Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3





2
an 12

DISSERTATIONE IN AVGVRALI
OBSERVATIONES PHILOLOGICAS
DE
N O M I N I B V S
PROPRIIS SACRIS,
DEO ADIVTORE,
PRAESENTE
CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS,
PHILOS. P. P. ORDIN. ET h. t. COLLEGII SVI
DECANO,
FAVTORE, HOSPITE, AC PRAECEPTORE SVO
PIE VENERANDO,
PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS
AD D. VIII. IVL. A. CIC 10CC XXIX.
H. L. Q. C.
PVBLICE DISQVIRENDAS
PROPONIT
AVCTOR RESPONSVRS
IOANNES GEORGIVS zvr LINDEN,
PALAEO-MARCH.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYP.

